


E 726

Abtbl.
Ks 2049 Kr.

PRINCIPALIS
IN RIS PRIVATI
PRINCIPVM
SOCIATRIGERBAND.

K. K. 640



IOANNIS STEPHANI PÜTTERI

I. V. D. CONSILIARII REG. AVL. ET IURIS
PUBLICI IN GEORGIA AVGUSTA
PROFESSORIS ORDINARII

PRIMAE LINEAE
IURIS PRIVATI
PRINCIPVM
SPECIATIM GERMANIAE.



GOETTINGAE
SVMTIBVS VIDVÆ VANDENHOECK
1768.

JOANNIS STEPHANI PÄTTERI
ACAD. CONSILIAREI ET AVARIS
SABATICI IN OEDOMIA VACARIA
SEDESSORIS ORDINARII
PRIMAE LINEAE
IURIS PRIVATI
PRINCIPALM
SCHOLASTICAE

Bibliothek der
Juristischen Fakultät



1957 G 1 Rg 13

L, A 48



CONSPECTVS.

PROLEGOMENA.

Sect. I. de *notione et fontibus iuris priuati principum*, speciatim Germaniae, p. 1.

Sect. II. *Notitia litteraria iuris priuati principum*, eiusque methodus, p. 8.

LIB. I. de *successione familiarum Germaniae illustrium*, p. 13.

Cap. I. de *successione semper a primo adquirente repetenda, et de legibus successionis familiarum Germaniae illustrium*, p. 13.

Cap. II. de *marium prae feminis in successione illustrium praerogativa*, p. 22.

Cap. III. de *iis, qui a successione excluduntur*, p. 31.

Cap. IIII. de *ordine succedendi admissa diuisione*, p. 51.

Cap. V. de *ordine succedendi ex maioratu et primogenitura*, p. 78.

Cap. VI. de *composita complurium familiarum successione hodierna*, p. 91.

Cap.

Cap. VII. de *successione feminarum illustrium* post extinctam stirpem masculam, p. 93.

Cap. VIII. de *successione in terris gentis ex-sinētāe*, non superstite aut successionis incapable stirpe feminea, p. 97.

Cap. IX. de *successione adscendentium et cognatorum*, p. 101.

Cap. X. De *obligatione successoris ex factis antecessoris*, p. 103.

LIB. II. de *reliquis principum priuatis iuribus*, p. 107.

Cap. I. de *iuribus et obligationibus coniugum et parentum illustrium*, p. 107.

Cap. II. de *tutela illustrium*, p. 116.

Cap. III. de *testamentis, pactis, delictis caussisque iudiciariis illustrium*, p. 122.



PRO-



PROLEGOMENA.

SECT. I.

DE NOTIONE ET FONTIBVS IVRIS
PRIVATI PRINCIPVM,
SPECIATIM GERMANIAE.

§. I.

Imperant̄es monarchiarum sive 1) Prin-
berarum sive subordinatarum, et
qui ad illorum familias perti-
nent, 1) communi nomine PRIN-
CIPVM appellantur; vnde 1) alii iterum
principes imperantes (regierende Herren),
alii non imperantes; amboque 2) alii re-
gnorum principatu[m]ue independentium,
alii principatu[m] subordinatorum, inclu-
sis etiam comitatibus et vel dynastiis, distin-
gui possunt. Generalius II) omnes PER-
SONARVM ILLVSTRIVM nomine ve-
niunt, remotis tamen personis cuiuscum-

A que

que ordinis priuatis, quales hic vocantur, quaecumque nec imperantes sunt, nec ad eorum familias pertinent. Quare III) suo quidem modo etiam *nobiles Germaniae immediati* hic in censum venire possunt; contra IV) nec nobiles, nec comites, nec vel principes Germaniae mediati proprie hic pertinent; sicuti V) nec *de legatis* hic sermo est.

§. 2.

2) Negotia principum imperantium
alia publica, alia priuata.

NEGO TIA principum imperantium I) *qua talium PVBLICA*, atque *iura et obligationes*, quae circa ea obueniunt, aut iuris publici, aut gentium sunt, eadem que non possunt esse personarum priuatarum. Quatenus vero II) imperantes considerari possunt etiam *non qua tales*, sed *qua homines* modo; plurima etiam *cum priuatis communia* iis negotia esse possunt, adeoque et obiecti ratione communia iura et obligationes. Multo magis III) sic cogitari possunt principum non regentium, seu personarum illustrum in genere et negotia priuata et iura obligationesque priuatae.

§. 3.

3) Inde ius priuatum principum.

Quodsi quaeritur, quaenam sint iura et obligationes principum in negotiis eorum

rum priuatis; horum iurium et obligatio-
num siue complexus siue scientia efficit
IUS PRIVATVM PRINCIPVM, siue **IV-
RIS PRUDENTIAM PRINCIPVM PRIVA-
TAM**. Omnino autem in rebus etiam pri-
uatis non sunt eadem principum priuato-
rumque iura et obligationes. Ergo *datur*
ius principum priuatum.

§. 4.

In ipso fonte I) differunt **principum** II) Fon-
priuatorumque iura, quod leges ab illis
latae eos ipsos haud stringant, quo sensu
omnes *principes legibus soluti* sunt (a).
Contra II) in *legibus reipublicae funda-
mentalibus* accidere potest, ut vnum al-
terumue ius principis priuatum definitum
sit, eoque respectu quorumcumque ius
principum priuatum lege positiva quidem,
sed paetitia, niti potest; verum nec ea fa-
cile vniuersus iuris priuati ambitus um-
quam definitur. Ceterum vero III) *prin-
cipes independentes*, quippe qui in statu
naturali viuunt, solum *iure naturae* vtun-
tur, nisi quas aut *religionis intuitu* nor-
mas suppeditet sacra scriptura, vel ius ca-
nonicum aliae eiusdem auctoritatis lex
eccle-

(a) L. 31. D. de *legibus*.

ecclesiastica, aut qua consuetudo vel obseruantia forte plurium uniformis detur.
IV) *Principes subordinati etiam lege ciui-li stringi possunt.*

§. 5.

2) In Germaniae principum Europaee consuetudines obseruant. *Vniuerse tamen II) illorum ius priuatum non recte ex horum iure, aut vel ex solo iure naturae aestimatur.* Respectu caesaris enim et imperii quum subditi sint, omnino in priuatis eorum negotiis valet, *quidquid vniuerse in Germania vim legis ciuilis habet.*

§. 6.

valent a) leges imperii et iura communia; Valent itaque in priuato principum Germaniae iure I) citra omnem controuersiam leges imperii, quatenus modo quid continent, quod ex mente legislatorum hic applicari potest; veluti cuius generis sanctiones haud paucae occurrunt in Aurea bulla; in constitutione criminali Carolina, in ordinatione camerale, in ordinatione politiae, in reliquis recessibus imperii vel deputationis. Quin valent etiam II) communia, quae vocant, peregrinae sicut originis, Germaniae iura, Romanum, canonicum et feudale Longobardicum.

§. 7.

§. 7.

Sicuti vero I) generatim ista peregrina iura communia non indistincte in Germania valent, sed *statutis* legibusque et *consuetudinibus* familiarum, pagorum, vrbium, prouinciarum totiusque imperii *domesticis* cedere debent; ita in primis II) *familiarum* Germaniae *illustrium* ab origine conseruata *AVTONOMIA* non potuit non in plurimis rebus, in quibus Romana aliae peregrina instituta vniuersae familiarum illarum conditioni plane contraria sunt, peregrino isti iuri communi se opponere, siue conseruando antiquiora mere patria iura, siue noua quoque statuendo sibi magis convenientia.

§. 8.

Quae quum ita sint, I) in fontibus iuris priuati principum Germaniae primum locum tenent suae cuiusque *familiae illustris leges speciales*; siue in pacto agnatorum, siue in dispositione capitis familiae eae consistant, siue denique auctoritate superioris nitantur, veluti litterae uestitutae, priuilegia, aliaeue concessiones caesareae. Eademque II) vis est *obseruantiae singularum familiarum*.

A 3

§. 9.

§. 9.

in quibus mixta quidem domesticis sunt peregrinae, *Nouiore quidem aevo I)* sunt etiam *immixta legibus familiarum illustrium varia Romana aliae peregrina, eaque tunc ex iure Romano alioue, ex quo ea hausta sunt, interpretari fas est. A potiori tamen II)* quum tantum non omnes in statutis suis id egerint familiae illustres, ut *aut antiquiora conseruarent patria iura, aut in nouis condendis conditionem suam aliorumque vicinorum suique ordinis exempla ante oculos haberent; ex miro quodam legum istarum et vel obseruantiae concentu I)* quasi sponte sese offert singulare quoddam *ius commune familiarum Germaniae illustrium mere domesticum, longe a quo quis iure peregrino diuersum. Et ex eo tunc pari iure 2) interpretationem fieri, et ad illud potius, quam ad iura qualiacumque peregrina, confugere fas est.*

§. 10.

sed adhibenda tamen sunt a) pristina iuris patrii monumenta, veluti lex Salica, ceteraeque seculi V. et sequentium antiquae populorum Germaniae leges, et quae ex diplomatis atque formularibus antiqui et medii aeui erui possunt, item Speculum Saxonicum, Suevicum, et ius, quod

quod vocant, *caesareum*, cet. ea omnia I) per se quidem *legis vim* haud amplius habent, sed II) ad conficiendam *theoriam iuris* pristini patrii summum *vsum* praebent, ut colligi inde possit, *an et quaenam* sint in legibus familiarum illustrium *conseruata* pristina iura, et *quomodo* haec ipsa sint intelligenda.

§. II.

Similiter *singulae singularum familia- et b) con-*
rum leges I) per se *sibi inuicem nihil iuris centus* efficiunt; sed *in concentu tamen vsum singula-* praebent, *cum ad theoriam inde genera- rum fa-*
rem conficiendam, tum ad interpretatio- milia-
nem legum simillium inde hauriendam. rum. Quare II) optandum foret, omnes, quo-
 quot aut generales, aut singulorum argu-
 mentorum leges huiusmodi in promtu sunt
 (a), *ordine chronologico* si non colligi, ta-
 men *indice repraesentari*, ipsumque hunc
 fontem tunc sollertius, quam hucusque
 factum, adiri (b).

(a) Commendari hac mente possunt partim *col-
 lectiones diplomaticae*, in primis Joh. Christ. Lüt-
 nigs *Reichsarchiv*, partim *deductiones* in caussis
 illustribus editae.

(b) Conf. *meine jurist. Encyclop.* (1767.) p. 227.
 ibique alleg. Fried. Iac. Diet. de *BOSTEL* diss. *de ori-
 gine renunciationum filiarum illustrium*, Gießl. 1766.

§. 12.

2) In sub- His denique praemissis porro locus est
fidium legibus imperii, iurique etiam peregrino
valent le- ges imp. communi (§. 6.); et postremo demum lo-
et reliqua co reliquorum Europae principum usui;
iura com- munia; atque tandem iuri naturae (§. 5.).

§. 13.

speciatim Ex iure Romano speciatim ea, quae
et leges Romanae de iuribus Augusti Augustaeue agunt, et
de iuri- iam principibus nostris applicari solent;
bus Au- nec male, nisi qua independentia personae
gusti et in istis legibus supposita rationem differen-
stae. tiae efficiat.

SECT. II.

NOTITIA LITTERARIA IVRIS PRIVATI
PRINCIPVM,
EIVSQVE METHODVS.

§. 14.

I) Histo- *Historia litteraria* huius studii adposi-
ria lit- te enucleata est in den Hallischen Beyträgen
raria iuris priuati zur juristischen gelehrten Historie tom. I.
princi- (1755.) p. 97 - 130. *Scriptores*, vni-
pum. uerle de hac disciplina meriti, praeter eos,
qui singularia argumenta aut dissertationi-
bus,

bus, aut deductionibus, aut responsis tra-
eturunt, potissimum sequentes sunt:

1. Nic. BETSIUS in tractatu nomi- 1611.
co-politico de statutis, pactis et con-
suetudinibus familiarum illustrium et
nobilium, illis praesertim, quae ius
primogeniturae concernunt, 1611.;
edit. II. cum notis Io. SCHILTERI
1699. 4.

2. Nicolaus MYLERVS ab Ehren-
bach (n. 1610., consil. Würtemb. 1677.)
a) diss. sub praesidio Wolfg. GRVEBERI 1640.
de statibus imperii eorumque iure, Tü-
bing. 1640; indeque enato tractatu:
de principibus et statibus imperii R.G.;
deinde b) *Etologia* 1662.; c) *Nomolo- 1662. sq.*
gia 1663.; d) *Gamologia* 1664.

* Reliqua auctoris opera, veluti *archologia*,
stratologia, *metrologia*, *hyparchologia*, non tam
huius sunt loci.

3. Ioh. Volkmar. BECHMANN, f. 1669.
respondens Henr. Ioach. ab ELTZ diss.
*de obligationibus et praerogatiis prin-
cipum in praecipuis negotiis ciuilibus
priuatis*, Ien. 1669.

4. Io. SCHILTER (n. 1632., 1671. 1696.
Doctor Ien., 1686. prof. Argentor.
A 5 † 1705.)

- † 1705.) in *institutionibus iuris publici*,
1696. 8.
1698. 5. Gottlieb Gerh. TITIVS (n. 1661.,
1688. D. Lips., 1709. prof. † 1714.)
in *specimine iuris publici* 1698., prae-
sertim edit. III. 1717. in capite de condi-
tione statuum priuata.
1702. 6. Ge. Melch. de LVDOLF (n. 1667.,
1692. secret., 1697. consil. Isenac.,
1711. assessor cam. imp. † 1740.) a)
de introductione iuris primogeniturae
1702., edit. II. 17..., III. 1733. fol.;
b) *de iure seminarum illustrium* 1711.
4., edit. II. 1734. fol.
1711. 7. Io. Ge. de PONIKAV (discipulus
Titii) diss. *de conditione priuata sta-*
tuum imperii, Lips. 1711., edit. II.
ibid. 1740.
1715. 8. Mich. Henr. GRIBNER (n. 1682.
1703. D. Lips., 1707. Prof. Vitemb.,
1717. consil. aul. et archiuar. Dresd.,
1726. ordinar. Lips., † 1734. a) diss.
de praeiudicio principum imperii ex ab-
usu iuris Iustinianei 1715., (speciatim
cap. 2. *de abuso iuris Iustinianei in iu-*
risperudentia principum priuata;) ea-
que inserta *opusculis* 1722.; b) *prae-*
lectionibus, quarum monumenta postu-
ma

ma sunt *theses* olim dictatae iam primum impressae, Goetting. 1736. 8., et discursus academicus calamo excepti, nunc editi sub tit.: *principia iurisprudentiae priuatae illustris*, 1745. 8.

9. Io. Iac. HELFERICH (n. 1692.,
prof. Tübing., † 1750.) diss. de *iurisprudentia principum ordinumque S. R. G. I. priuata*, Tüb. 1730.; continua-
ta a filio Io. Fried. HELFERICH spe-
cim. II. de *iurisprudentia principum pri-
uata* 1745.

10. Seb. Eberh. HERING (con-
fil. Fris. Orient.) libello sub tit.: *Vor-
läufige Grundlehren der bürgerlichen Pri-
vat-Rechtsgelahrtheit der Reichsstände in
Deutschland*, Bremen 1731. 8.

11. Burch. Gotth. STRUV (nat. 1738.
1671., 1704. prof. Len., † 1738.
Mai. 24.) a) programmate in publicum
emissio d. 4. Apr. 1738., quo promittebat
corpus iuris gentium, seu *iurispruden-
tiam heroicam*, a pluribus annis inde
elaboratam; quam posthaec b) tamquam
opus postumum edidit auctoris gener
Io. Aug. HELLFELD tom. I. 1743.,
II. III. 1745., IV. 1746., V. 1747.,
VI. 1748. VII. 1753.

12 PROLEGOMENA. II) NOTITIA

1744. 12. Io. Iac. MOSER (n. 1701.) im
Deutschen Staatsrechte tom. XII - XXVI.
1744 - 1746.


1747. 13. Io. Fried. Wilh. de NEVMANN
in Wolfsfeld a) *institutionibus iurisprincipum priuati*, Frf. et Lips. 1747.; b)
meditationibus iuris principum priuati
tom. I. *de iure personarum*, 1751.;
tom. II. *de matrimonii principum* 1751.;
tom. III. *de patria potestate et tutela principum* 1752.; tom. IV.
reale principum ius, f. *de dominio et servitute*, *pignore et hypotheca*, *possessione et praescriptione*, *dote et dotallatio illustrium*, 1752.; tom. V. *de hereditatibus et successionibus principum*, 1752.; tom. VI. *de pacitis et contractibus principum*, 1753.; tom. VII. *de delictis et poenis principum*, 1753.;
tom. VIII. *de processu iudicario in causis principum*, 1753.; tom. IX.
exhibente supplementa priorum octo tomorum, 1756. 4.

§. 15.

II) Methodus
huic di-
sciplinae
conuen-
iens.

METHODO iuris priuati principum non
tam conuenit communis reliqui priuati iu-
ris diuisio in *ius personarum*, *verum et a-
ctionum*, quam ut ante omnia tractetur
suc-

successio familiarum illustrium, quippe a qua pendent pleraque tantum non omnia principum cetera singularia iura; maxime quum hic omnis reliqua iuris priuati theoria iam perspecta merito supponatur.



LIB. I.

DE SUCCESSIONE FAMILIARVM GERMANIAE ILLVSTRIVM *.

CAP. I.

DE SUCCESSIONE SEMPER A PRIMO ADQVIRENTE REPETENDA, ET DE LEGIBVS SUCCESSIONIS FAMILIARVM GERMANIAE ILLVSTRIVM.

* Generatim hic comparari possunt 1) Chr. Phil. RICHTER diss. de successione in familiis illustribus, Jen. 1664.; 2) Henr. COCCII diss. de successione regum, principum et familiarum illustribus, Frf. 1687.; 3) Io. Wolfg. TEXTOR diss. de successionibus regum, principum, familiarumque illustribus, Heidelb. 1687.; 4) Ferd. Chr. HARPPRECHT de successione patitiae, fideicommissaria et testamentaria, cum annexis responsis tomii II. Vlm. 1698.; 5) Gottl. Gerh. TILLI diss. de successione in Germaniae territoria, Lips. 1707.
6) Franc.

6) Franc. Aug. Sebaſt. GREINER diff. de ſucceſſione principum et iuſtum personarum lege vel pacto obueniente, Erf. 1715.; 7) Ge. Gust. GERDES diff. de eo, quod iuſtum eft in caſu dubiae ac litigioſae ſucceſſionis principum, Hamb. 1730.; 8) Car. Wilh. Maur. DE BODE diff. de ſucceſſione gentilia, vulgo der Stammsfolge, ratione principatum, comitatuum et dynaſtiarum imperii R. G. ex regula obtinente, ac de effectibus eiusdem eminentioribus, Goetting. 1750.; 9) Diff. mea de normis decidendi ſucceſſionem familiarum illuſtrium controuersam, Goetting. 1757.

§. 16.

I) Normae ſucceſſionis communes tam allodiis quam feudis;

In ſucceſſione familiarum Germaniae illuſtrium non nihil differentiae efficere potest qualitas terrarum, de quibus agitur, feudalis allodialisue. Praecipuae tamen ſucceſſionis normae in auitis allodiis non minus, quam in feudis, uniformes obſeruantur. Neque enim illis minus, quam his, a pristinis inde temporibus inhaeſerunt ſervititia militaria (a); et in medio aevo plane adeo communis erat feudalis nexus, vt nihil fere non ei adcommodaretur. Quia in re licet nouiore aevo haud exigua acciderit mutatio, mansit tamen aliud principium conſeruandi familiae cuiusque ſplendoris (b); quin et noua accessit increuitque principum qua imperantium conſideratio,

ratio. Quae omnia quum satis incommodam efficiant successionis feudalis ab alodiali separationem; non mirum est utramque successionem, quoad eius fieri potest, pari passu contineri.

(a) Capitulare Caroli M. a. 807. in GEORGISCHEM corp. iur. Germ. p. 733. sq.: "In primis qui,, cumque beneficia habere videntur, omnes in hostem veniant. Quicumque liber mansos,, quinque de proprietate habere videtur, simili-,, ter in hostem veniat. Et qui quatuor mansos,, habet, similiter faciat." etc.

(b) Conf. 1) Nic. Chph. LYNCKER diss. de familiarium nobilium splendore, Ien. 1689.; 2) Diet. Herm. KEMMERICH progr. de institutis Germanorum ad conseruationem familiae spellantibus, Ien. 1737.; 3) Ern. Wilh. STRECKER dissert. de splendore familiarium illustrium conseruando, Erf. 1747.

§. 17.

Primum adeo successionis Germanicae in primis principium in eo consistit, ut in libera dispositione bona quisque non alia habeat, nisi tanquam quorum ipse primus acquirens est. tum sit libera a primo acquirente in posteros transmissa non primae tantum generationi, sed bonoserae in infinitum posteritati relictam censetur; hinc iure meritoque nefas habetur, bona a parentibus vel a maioribus oriunda libe-

liberae cuiusque possessoris dispositioni committere (a). Contra suprema familiarum Germaniae illustrium lex est: *ut splendor cuiusque familiae conseruetur, ideoque bona semel familiae dicata semper in eadem maneant* (b).

(a) Vniuersalioris olim, etiam inter alios ordines, huius iuris sat clara exstant vestigia in *iure prouinc. Sax.* lib. 1. art. 52. verbis "ohne der Erben Laub und ohne Gericht mag kein Mann sein eigen Gut noch seine Leute vergeben;" in *iure prouinc. Alem.* cap. 312. (in SENKENBERG corp. iur. Germ. tom. 2. p. 365.) verbis; "Gibe einer sein Eigen wider seiner Erben Willen hin, und ohne des Vogtes Ding; sie sollen vor den Richter fahren und es versprechen, und der Richter soll es antworten den Erben;" im Weichbilde art. 20. 21. gloss.: "Erbeigen mag man ohn der Eben Laub nicht vergeben, wohlgewonnen Eigen mag man aber wohl vergeben." Quibus iungi possunt sat multa iura statutaria, in quibus supersunt reliquiae istius distinctionis unter Erbgut und wohlgewonnenen Gut. Conf. Io. Fried. LUDOVICI diss. de diuero iure bonorum adquisitorum et hereditariorum, Hal. 1714.

(b) Conf. Io. Ferd. Wilh. BRANDT diss. de natura bonorum auctorum, vulgo Stammgüter iure Germanico in dominio, minus pleno consistente, atque inde sumenda interpretatione in fideicomisfis familiae, Marb. 1746. 2) Io. Aug. HELLFELD s. respond. Theod. Ge. Wilh. EMMINGHAUS

HAVS diff. de *restricta* *illustrium alienandi facultate*, maxime quoad *allodia* *auita*, Ien. 1747. ;
 3) Io. Car. Henr. DREYER diff. de *restricta* *facultate bona hereditaria alienandi ad hereditaria bona*
mobilia non pertinente, Kil. 1750.

§. 18.

Inde sequitur, I) *immediate a morte* hinc a
primi adquirentis in omnibus ab eo poste- primo ad-
ritati suaे relictis bonis IVS SV CCE DENDI quirente
ad omnes eius posteros adeo deuolui, vt a nul- repeten-
lo *vmquam possessore suo iterum successori* dum o-
adimi et extra familiam transferri possit, mne ius
adeoque numquam vltimo defuncto eiusque succe-
beneficio, sed semper primo adquirenti, dend;
sive, vt aiunt, ex pacto et prouidentia
maiorum succedatur, i. e. vt ius succeden-
di semper a primo adquirente numquam ab
vltimo defuncto repetendum sit; hinc et
 II) *nemo, nisi a primo adquirente descen-*
dat, ius succedendi habeat.

§. 19.

Cauendum vero, vt ne cum iure suc- ordo au-
cedendi confundatur ORDO SV CCE DENDI. tem suc-
Quantumuis enim I) subinde coincidat, ab vltimo cedendi
vt primo adquirenti idem, qui vltimo de- ab vltimo
functo sit propinquior; ordo tamen succe- defuncto.
dendi, nisi plane absolum et ab vna sem-
per linea ad alteram transslientem eum co-
 B gitare

gitare velis, sua natura non aliter, quam ab ultimo defuncto, computari potest (a). Neque II) repugnat Germanicae successio-
nis principiis, vt quis *intuitu suae posteri-
tatis*, in primis nondum natae, etiam in
bonis auitis noua, quod attinet ad ordinem
succedendi, statuat (b).

(a) Ausserlesene Rechtsfälle part. 2. resp. 52. p.
491. sq.

(b) Ge. Wilh. WAGNER diff. de mutatione suc-
cessionis in familiis illustribus, Giess. 1740.

§. 20.

II) leges Hinc simul intelligitur, I) *legem suc-
cessionis* in familia quavis illustri dari potis-
liarum il- simum *a primo acquirente*, deinde aut a
lustrum; nouo quoquis *capite familiae* suaue stirpis,
aut *a pluribus cunctisue* vnius familiae a-
gnatis (a). Quales quidem successionis
leges, II) quamdui Germania suis solum
consuetudinibus regebatur, non tam ne-
cessariae, nec tam frequentes erant, quam
ex quo *turbata domestica* instituta *iuribus*
peregrinis fuerunt. Quumque III) pa-
trio iure perinde esset, quacumque ratio-
ne voluntas valide disponentis declarare-
tur, pluresue paciscendo inter se conuenient;
vel in forma harum legum hoc effe-
cit

est iuris Romani et canonici auctoritas, ut
sollennia de his rebus *testamenta* conderen-
tur, inque iis simplicia iuris patrii institu-
ta exotica ueste *fideicommissi familiae* in-
duerentur (b). Immo IV) parum absuit,
quin *pactis Germanico* more *de successio-*
ne conditis plane quaestio status mouere-
tur (c); quae demum, mirum, quibus
iureconsultorum artificiis, sustenta sunt (d);
inter alia interposita haud raro, at circa
necessitatem reapse, *iurisiurandi* fide (e);
frequenter quoque expetita *confirmatio-*
ne eorum caesarea (f), qua tamen pariter,
nisi circa feuda quid contineant, quod si-
ne consensu domini directi fieri nefas, cer-
te haud indigent (g).

(a) Generatim hoc pertinet Nic. BETSIVS *de*
statibus et pactis familiarum illustrium, Francof.
1611., et cum notis Io. SCHILTERI Argentor.
1699. 4.

(b) Commendari hic possunt: 1) Phil. KNIP-
SCHILD *de fideicommissis familiarum nobilium*,
Arg. 1626., Vlm. 1693. 4.; 2) Christ. WILDVO-
GEL diss. *de fideicommissis familiarum nobilium*
conventionalibus, Ien. 1710.; 3) Iust. Henr.
BOEHMER diss. *de fundamento pactorum familiae*
ad fideicommissa inclinantum, Hal. 1730. (in ex-
ercit. ad D. tom. 2. p. 403. sq.); 4) Fried. Lud.
COM. DE OETTINGEN *de fideicommissis*, Helmst.

B 2 1734;

20 LIB. I. SVCESSIO. CAP. I. A PRIMO

1734; 5) Io. Casp. HEIMBURG s. *respond.* Io. Ern. SCHROETER *diss. de iuris communis et Germanici differentiis in doctrina de fideicommissis*, Jen. 1743.; 6) Herm. BECKER *diss. de valore fideicommissorum tam ultima voluntate, quam per conventionem constitutorum*, Rost. 1752.

(c) Conf. 1) Sam. STRYCK *diss. de partis successoriis eorumque iustitia*, Francof. ad Viadr. 1671.; 2) Io. Phil. RINGLER *de partis illustrium successoribus*, Francof. 1693.; 3) Ioh. POLLITZ *diss. de partis hereditariis et successoribus*, Erf. 1722.; 4) Phil. Balth. GERDES *diss. de validitate partium successoriorum etiam iuramento non confirmatorum*, Gryph. 1729.; 5) Io. Flor. RIVINVS *de partis successoribus*, Lips. 1730.; 6) Conr. Wilh. STRECKER *diss. de doctrina successionis partitiae eiusque usu et abusu in Germania*, Erf. 1738.; 7) Pet. MIDDELDORF *diss. de fatis successionis intestatae, testamentariae ac partitiae*, Rint. 1740.; 8) Io. Pet. de LVEDEWIG *diss. de differentiis iuris Rom. et Germ. in partis de superstitis heredio*, Hal. 1741.; 9) Io. Pet. BANNITZA *diss. de partium successoriorum praecipue familiarum, illustrium constanti in Germania valore*, Würzb. 1748.; 10) Theod. Ge. Wilh. EMMINGHAUS *diss. de eo, quod iustum est circa conventionales hereditatum translationes*, Jen. 1749.

(d) *Mox* nempe ex eo capite, quod principes Germaniae milites sint, militum autem pacta successoria valeant per L. 19. C. de partis; *mox* ideo, quod suspicio captandae mortis, seu ratio legis, inter

inter illustres cesseret; max ex mero et mixto imperio, vi cuius statibus imperii liceat leges condere, iurique communi derogare. GAIL. lib. 2. obs. 127. ibique alleg.

(e) Cap. 2. de passis in 6. Struben Nebenstund. tom. 5. p. 50. MIDDENDORF cit. diss. de passis succ. sect. 7. §. 8. p. 91.

(f) Scil. vt ex plenitudine potestatis suppleatur, si quid iure communi invalidum fuerit, GAIL. lib. 2. obs. 127.

(g) STRYCK de succ. ab intest. diss. 8. cap. 7. §§. 18. sq., Elesta iuris publ. tom. 2. (1710.) p. 10. sq., BOEHMER consult. tom. I. part. 2. resp. 46. n. 14 - 38. p. 221. sq., REINHARTH ad Chriſtianum vol. 6. obs. 20. p. 49. sq. Adde, quae deduxi im Ungrunde der Regredient-Erbſchaft §. 130. sq., inter alia ex CAPITVL. CAES. art. I. §. 9. et art. II. §. 2.

§. 21.

In feudis praetera litterae inuestitu- specia-
rae dant normam successionis, earumque tim in
postremae potissimum in possessorio, anti- feudis;
quiiores etiam in petitorio respiciendae (a).

(a) CAPITVL. (1612.) art. II. §. I.: "Wir sollen und wollen auch die Lehen und Lehenbriefe de- nen — Reichsvasallen jedesmal nach dem vor- rigen Tenor — unweigerlich, und aller Con- tradiction ungehindert, als welche zum rechtlichen Außtrage zu verweisen, widerfahren (lassen.)"

22 LIB. I. SVCCESIO. CAP. II. PRAEROG.

Ord. consil. imp. aul. tit. 5. §. 1. inf.: "Also ist es auch in Lebens-Streitigkeiten zu halten, daß in deren Relation vornehmlich die originales investiture, und was für pacta darinn ausdrücklich begriffen, wohl erwogen — werden." Conf. Henr. BROKES de fide recentiorum litterarum investiture antiquis maiore, Viteb. 1734. Cramers Nebenstunden, part. 4. p. 142. sq., Struben rechtl. Bedenken, tom. 2. p. 522. sq.

§. 22.

item ob-
seruantia.

Denique et in successione *obseruantiae* cuiusque familiae non minor est efficacitas, quam scriptarum legum, tum ad interpretandas eas, tum ad supplendas earum vices; maxime, ubi pristina patria iura vel tacite sic continuata esse adparet (a).

(a) Conf. e. g. meine außerlesene Rechtsfälle, part. 1. resp. 7. p. 90. sq.

C A P. II.

DE MARIVM PRAE FEMINIS
IN SVCCESSEIONE ILLVSTRIVM
PRAEROGATIVA *.

(*) Comparari hic possunt de *iuribus feminarum illustrium*, in primis quod ad successionem attinet, in genere sequentia scripta: 1) Ge. Melch.
DE LYDOLF de iure seminarum illustrium, Isenac.

1710.,

2710., Ien. 1734, fol. 2) Henr. COCCETI diss.
de ordine succedendi seminarum illustrium in ter-
ritoriis, Francof. ad Viadr. 1711. in exercit.
eiusd. vol. 2. p. 1037.; 3) Gabr. SCHWEDER
diss. de seminarum in feudis cum masculis concur-
rentium exclusione horumque praerogativa, Tüb.
1720.; 4) Ern. Chr. ARNOLD diss. de iure suc-
cessionis seminarum in dominis et imperiis, Giess.
1725.; 5) Nic. Hier. Gundling von der Weibers
Succession in Gallia Belgica und in Ober-Lothrin-
gen, in Gundlingian. part. 40. p. 464. sq., part.
41. p. 77. sq.; 6) Io. Paul KRESS diss. de iuri-
bus seminarum illustrium in Germania, Helmst.
1730.; 7) Mich. Henr. GRIEBNER diss. de feu-
dis imperii masculinis non femininis, Lips. 1732.;
8) Henr. Christ. SENKENBERG de successione
filiarum in regnis et principatibus, Giess. 1742.;
9) Job. Jac. REINHARD's Abhandlung von dem
Erbsolgs-Rechte der Töchter vor den Stamm-
Vettern in Teutschen Reichs-Allobien, Giessen
1746. 4.

§. 23.

A pristinis inde temporibus *feminae* in Feminis-
praediis terrisue *non aequa ac mares* rum ex-
succedere potuerunt (a), quoniam non feu- clusio a
dis solum, sed et allodiis inhaerebat obliga- successio-
tio ad seruitia militaria praestanda (§. 16. a.). ne, eius-
Quae licet hodie aliter se habeant; ob alte- que I)
ram tamen aequa fortem rationem in con- verum
seruando splendore familiarum positam no- funda-
uam-
mentum.

uamque earum, qua imperantium, conditionem (§. 16.), tenaciter hoc ius conservarunt illustres Germaniae familiae, ut aut *plane numquam* feminae succedant, veluti in feudis mere masculinis, aut certe *non promiscue cum maribus*; sed, *quamdiu saltem filii adsunt*, nulla *vmquam* filiarum, quin etiam, *quamdiu masculi a primo adquirente oriundi supersunt*, nulla ordinarie quarumcumque *feminarum successio* in bonis auitis admittatur; nec *proinde legitima* vllaue pars hereditatis auitae ab iis peti possit.

(a) Conspirant in hoc, vnanimi quodam concentu, antiquissima iuris patrii monumenta, veluti LEX SALICA tit. 62. §. 6. (in GEORGISCH corp. iur. Germ. p. 124.): “*De terra salica nullla portio hereditatis mulieri veniat, sed ad virilem sexum tota terrae hereditas perueniat.*” LEX RIPVARIORVM tit. 56. §. 4. (apud GEORGISCH l. c. p. 167.): “*Quum virilis sexus extiterit, semina in hereditatem aviaticam non succedat.*” LEX ANGLIORVM ET WARINORVM tit. 6. §. 1. (l. c. p. 448.): “*Hereditatem defuncti filius, non filia suscipiat.*” MARCVLFI formulae lib. 2. cap. 12.: “*Diuturna, sed impia inter nos consuetudo tenetur, ut de terra paterna sorores cum fratribus portionem non habeant.*” II. F. 36.: — “*eum, qui talis (mutus, surdus etc.) natus est, feudum retinere non posse,*
,, *quia*

„quia ipsum seruire non valet. Sic dicimus in
„clericō, et in femina, et in similibus.“ Sach-
senspiegel lib. I. art. 17.; “Vaters und Mutter,
„Bruders und Schwestern Erbe nimmt der Sohn
„und nicht die Tochter.”

§. 24.

Nec tam iniqua haec feminarum a suc- et aequi-
cessione exclusio est, quum alia ratione,
eaque similiter ab antiquis inde temporibus
conseruata, iis, quantum satis est, prospiciatur.
Etenim seu coelibes a patre, fra-
tre, vel agnato; seu nuptae, posteaquam
adparatu et dote e bonis paternis instructae
sunt, a marito; seu viduae congruo vi-
dualitio e bonis mariti, pro dignitate alun-
tur (a).

(a) Compara, si lubet, quae fusi expositi in
den auserlesenen Rechtsfällen part. I. p. 159. n.
36, sq.

§. 25.

Etiamsi vero haec omnia ipso iure eo- II) Vfus
que vniuersali olim intelligerentur, adeo renuncia-
que nullum reuera filiarum existentibus tionum
filiis ius succedendi in terris esset; tamen I) filiarum
aduersus contraria iuris Romani princi- illustri-
pia tam in illustribus, quam nobilibus Ger- um.
maniae familiis sensim introductae sunt fi-
lia-

26 LIB. I. SVCCESIO. CAP. II. PRAEROG.

liarum nubentium *renunciationes* (a), quae *reapſe* tamen II) nihil aliud continent, quam *declarationem*, *ſe ius ſibi vindicare nolle*, *quod per ſe non habebat locum* (b). Quare III) nec *iureiurando* indigent, licet ex superflua cautione e iure canonico repetita (c) in plerisque familiis id introductum fit (d). Sed et iniurata renunciatio perinde valet; immo IV) plurimae familiarum illustrium leges etiam, quae non renunciarunt, *filias ipſo iure pro renunciatis haberi* iubent (e). Quumque V) nec vilum facile exemplum proferri poſſit, quod filia illustris ideo, quod non renunciauerit, promiscue cum maribus ſuccederit, vel adhucdum ſpem fouere queat, fore, vt ad ſuccessionem admittatur; recte *vel ex generali familiarum Germaniae illustrium obſeruantia* contendit, filias etiam non renunciatas adhucdum ipſo iure a ſuccessione auita excludi (f). Neque enim VI), quod alioquin negari non poſſet, filiarum illustrium, quae *coelibes adeoque ut plurimum non renunciatae* (g) post patrem fratremue moriuntur, *ad earum heredes transmittitur ſuccellio*.

(a) De *renunciationibus feminarum illustrium* legantur, si lubet, ſequentia ſcripta: I) Henr. BREV-

BREVIAEVS *de more renunciandi*, quem Germaniae principum, comitum, baronum, nobiliumque filiae, si quando nuptui collocantur, obseruantur solent, Francof. 1593. 8.; 2) Ioh. BACKMEISTER *de renunciatione filiarum illustrium*, Argent. 1682. in MOSERI *dissert. iuris publ.* p. 969.; 3) Sam. STRYCK *diss. de filia nobili renunciante*, Francof. 1686.; 4) Henr. COCCII *diss. de renunciationibus et reservationibus filiarum illustrium*, Francof. ad Viadr. 1714. in eius *dissert.* Vol. 2. n. 56.; 5) N. A. BREVER *de renunciationibus filiarum illustrium*, Heidelb. 1717.; 6) Nic. Hier. GUNDLING *diss. de renunciatione hereditatum filiarum illustrium*, Hal. 1729.; 7) Io. Vlr. CRAMER *iura de pacto hereditario renunciatio filiae nobilis a diffensu doctorum liberata et methodo demonstrativa in concordiam redacta*, Marb. 1731. — — — *de pacto filiae nobilis hereditatis renunciatio reservatione*, ibid. 1734.; 8) Henr. Chr. SENKENBERG *meditatio de renunciationibus filiarum illustrium* in eius meditat. fasc. 2. Gieff. 1739. 8. p. 408. sq.; 9) Io. Mich. DAHM *diss. de natura renunciationis his zu einem ledigen Unfall*, Mogunt. 1746.; 10) Ioh. Henr. BOCRISTI *diss. fistens larvam renunciationibus filiarum illustrium et opinioni desuper, licet communi, detractionem*, Bamberg 1750.; 11) Fried. Iac. Diet. de BOSTEL *diss. de origine renunciationum filiarum illustrium*, Gieff. 1766.

(b) Obseruari hic meretur primum, quod constat, exemplum talis renunciationis promissae

in

in pactis dotalibus Laurentii comitis Hollandiae cum Mathilde filia ducis Brabantiae a. 1214. initis; item formula renunciationis factae a Simone comite de Saarbrücken a. 1227. verbis: „*Mari-*
„*tus renunciat omni iuri, quod uxor — in he-*
„*reditate — ex parte patris — sibi proue-*
„*niente habebat, si quod habebat.*” de BOSTEL l. c.
Meine juristische Encyclopädie (1767.) p. 228. sq.

(c) Cap. 2. (Bonifacii VIII. 1299.) *de pactis in*
6.: “Quamvis pactum patri factum a filia, dum
„nuptui tradebatur, vt dote contenta nullum ad
„bona paterna regressum haberet, improbat lex
„ciuilis; si tamen iuramento, non vi, nec dolo
„praefito firmatum fuerit ab eadem, omnino
„seruari debebit; quam non vergat in aeternae sa-
„lutis dispendium, nec redundet in alterius detri-
„mentum.”

(d) Primam hucusque renunciationem iuratam
de a. 1312. protulit L. B. de SENKENBERG *de*
success. filiar. in adi. n. 4. p. 30. BOSTEL l. c. ap-
pend. p. 4. n. 8. Meine jurist. Encycl. p. 230.

(e) Sic e. g. *in familia Austriaca* a. 1543. or-
dinavit FERDINANDVS I.: “Und ob gleichwohl
„von ein oder mehr unsren Töchtern solche Verzicht,
„aus was Ursachen das wäre, nicht geschähe;
„so sollen sie doch, gegen Entrichtung und Empfa-
„hung obbestimmter Heimsteuer und Abfertigung,
„von aller väterlichen und mütterlichen Erbschaft
„ausgeschlossen, und ihnen unsere lieben Söhne
„ferner noch mehrer nicht schuldig seyn.” Mosers
Staatsr.

Staatsr. tom. 15. p. 468. In pacto familiae comitum de *Witgenstein* a. 1607. statutum: "Da sich zutragen sollte, daß eine oder mehrere Töchter vor Leistung des Verzichts mit Tode abgehen, oder sich sonst ein solches, wie gemeldet, zu leisten weigern würde; so soll dieselbe und ihre Erben doch nichts desto weniger gleich anderen vergiehenen Töchtern von aller Succession abgewiesen, und dieser Ordnung beständig gelebt und nachgesetzt werden; bevorab weil die renunciations oder Verträge nicht ex necessitate, sondern allein zu Stammes- und Namens-Erhaltung, und Bekräftigung des uralten Herkommens und Gewohnheit, und dieser unserer Erbeinigung, wie auch zu Vermeidung Haders und Streits erforderet werden." Moser l. c. tom. 16. p. 66. 78. De statuto Geislingenſt, quod d. 12. Febr. 1653. ab vniuerso ordine equeſtri immediato conditum perhibetur in Lüning Reichsarchive, part. spec. contin. 3. vol. 12. p. 14. et in Ferd. Christoph. HARPPRECHT tractatu de ſucceſſione tom. 2. p. 95., ſed impugnatur ab aliis, vide, quae adnotauit in den außerleſenen Rechtsfällen part. I. p. 157. n. 13. sq.

(f) Conf. Nic. EVERHARD. vol. 1. confil. 6. n. 9. 13., vol. 2. confil. 29. n. 6., Herm. VVLTE-IVS confil. Marb. vol. 2. confil. 29. n. 36., ERTEL obſeruat. equeſtr. obſ. 13., HERT. respons. tom. 1. resp. 32. n. 2. p. 81., Confil. Halensi. tom. 2. lib. 2. n. 124. cap. 2., BOEHMER consult. tom. 3. part. 3. resp. 633. n. 3. sq. p. 450.; licet aliter ſentiant MYSINGER respons. decad. 1. resp. 10. n. 81.

n. 31. sq., KELLENBENZ *de renunc.* qu. 7. n. 6.,
 BETS. *de pactis famil.* cap. 8. p. 367. 404. sq.
 Conf. quoque Ferd. Christoph. HARPPRECHT *de
 success.* tom. 2. p. 127. sq. p. 249.

(g) Rariora sunt, nisi fallor, exempla familia-
 rum illustrium, quarum filiae etiam coelibes re-
 nunciare iubentur; nec tamen nulla eius rei ve-
 stigia occurrunt in pactis familiarum illustrium,
 e. gr. in der Gräflich Stolbergischen Erbvereini-
 gung 1548: "dass unsere — Töchter solchen ob-
 gebachten Verzicht freywilling, mit vorgehabtem Ra-
 the und Auctorität ihres Curators, dazu verordnet,
 wenn die Fräulein zwölf Jahre alt sind, und
 von Vormündern weltlichen und geistlichen Rechts
 de pactis futurae hereditatis successoris und son-
 stien gnugsam erinnert und certiorirt, unbezwingen
 thun — sollen." Mosers Staatsr. tom. 16. p.
 56.: Iusdemque fere verbis in dem Leiningen-
 Westerburgischen Familien-Vertrage 1567. Mo-
 ser l. c. p. 40., et in statuto Hanouensi a. 1610.,
 quod annum aetatis XVIII. definiuit, Moser
 l. c. p. 30.



CAP.

CAP. III.

DE IIS, QVI A SVCCESIONE
EXCLVDVNTVR.

§. 26. *

*Olim ex natura cleri et feudorum (a) CLE-I) An et
RICI I) ipso iure a successione exclu quatenus
si fuerunt (b). Nominatim quoque II) in dantur
electoratibus secularibus AVREA BVLLA clericis?
tantum laicos ad successionem vocat (c),
sicuti III) et plures dantur familiarum illu-
strium (d) territorialium (e) leges specia-
les, vi quarum a successione arcentur clerici.
Quin etiam IV) quum ex beneficiis ecclesia-
sticis vt plurimum, quantum satis est, habeant
sperentue clerici illustres, plerique tantum
non omnes, dum hoc vitae genus eligunt,
adhucdum renunciare solent successioni
auitae. Ceteroquin autem V) posteaquam
et cleri et feudorum natura dudum vehe-
menter degenerauit, ipso iure clericos a
successione in territoriis Germaniae hodie
non aequae excludi, nec demum VI) resigna-
tione clericatus alia mente, quam ad obti-
nendam libertatem coniugii opus esse, tum
pactis familiarum illustrium (f), tum exem-
plis sat frequentibus (g) doceri potest.
Deni-*

Denique VII) *clericos euangelicos* plane nihil impedit, quo minus eodem cum laicis iure successionis fruantur (h).

(*) In genere de hac quaestione: an et quatenus clerici in feudis succedere possint? comparari merentur *Ludewigs Erläuterung der S. B.* tom. 2. p. 487. sq., *Boehmer consultat.* tom. 1. part. 1. resp. 43. p. 258. sq., tom. 3. part. 1. resp. 142. p. 601. et sequentia singularia de hoc argumento scripta: 1) *Ioh. Pet. a LvDEWIG clericus ex-sul successionis in feuda et principatus S. R. I. Hal. 1721.*; 2) *Christian. Godofr. Hoffmann de clericorum in feuda, in primis S. R. I. maiora, successione*, Lipf. 1722.; 3) *Ge. Christ. GEBÄVERI promulgis de 400. annorum usu, ob quem Dn. de Ludewig, clericos in feuda succedere non posse opinatur*, Goetting. 1755.; 4) *Andr. El. ROSSMANN promulgis sublata Dn. G. C. Gebaneri pro clericis contra obseruantiam imperialem ab exsilio reducatis ad capessenda feuda secularia et succedendum in S. R. I. principatus*, Hal. 1736. 4.

(a) Capitulare Carolomanni a. 742. (apud *GEORGISCH in corp. iur. Germ.* p. 1406.) “Ser-
“uis Dei per omnia omnibus armaturam portare,
“vel pugnare aut in exercitum et in hostem per-
“gere omnino prohibetus, nisi illis tantummo-
“do, qui propter diuinum ministerium, Missarum
“scilicet solemnia adimplenda et sanctorum patro-
“cinia portanda, ad hoc electi sunt; id est, vnum
“vel duos episcopos cum capellanis presbyteris
“prin-

„princeps secum habeat, et vnumquisque praefectus vnum presbyterum, qui hominibus peccatis, cata consitentibus iudicare et indicare poenitentiam, tiam possit.”

(b) II. F. 21.: — “*Desit esse miles seculi, qui factus est miles Christi; nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere officium.*”

II. F. 36: — “feudum retinere non posse, quia ipsum seruire non valet. Sic dicimus in clericis” etc.

II. F. 26. §. 4.: “Qui clericus efficitur, aut voluntum religionis assumit; hoc ipso feudum amittit.” II. F. 30.: — “clericum nullo modo in beneficium paternum debere succedere.” Vetus

auctor de beneficiis §. 4.: “Clerici et mulieres, rustici et mercatores — iure carent beneficia- li.” Sächsisch Lehrenrecht cap. 2.: “Pfaffen und Frauen, Bäuren und Kaufleute — sollen Lehrechts darben.”

(c) A. B. cap. 7. §. 2. 3.: “Postquam princeps electores seculares et eorum quilibet esse desierit; ius, vox et potestas electionis huiusmodi ad filium suum, primogenitum, legitimum laicum; illo autem non extante, ad eiusdem primogenitum, similiter laicum, libere, et si ne contradictione cuiuspam deuoluatur. Si vero primogenitus huiusmodi, absque heredibus masculis legitimis laicus, ab hac luce minoraret; virtute praesentis imperialis editi, ius, vox et potestas electionis praedictae ad seniorem fratrem laicum per veram paternalem lineam descendenter, et deinceps ad illius primogenitum laicum deuoluatur.”

C

(d. E.

(d) E. g. "Albertus elector Brandenburgicus
 „in testamento 1473. ita inter filios disponit:
 „Die Geistlichen sollen an Land und Leuten keinen
 „Theil haben." NEVMANN *iuris privat. princ.*
 tom. 5. p. 246.

(e) Huc spectat rescriptum Caroli VI. Imp. de
 a. 1718. in BÜRGERMEISTER cod. diplom. eques-
 tri part. 3. p. 646.: "daß nach der ad exclusio-
 nem der Geistlichen gemachten und wiederholte
 bestätigten General-N Regel und legis pragmaticae
 ersagter Canonicus zu Salzburg, Reichs-Erb-
 Truchsess Graf zu Friedberg und Scheer, obwohl
 dieser erst die quatuor minores angenommen, und
 keine praebendam canonicalem geniesset, gleich-
 wohl von der Coinvestitur ausgeschlossen verbleib-
 ben, auch in Kraft dieser unserer abgehenden De-
 claration insgemein alle andere, welche mit denen
 quatuor minoribus insigniret sind, unter solcher
 General-N Regel dergestalt comprehendiret seyn,
 daß, wenn sie auch per errorem und mittelst Ver-
 schweigung des geistlichen Standes mit investiret
 werden möchten, dieses ohne alle Wirkung seyn
 solle." Conf. Struben rechtl. Bedenk. tom. 1.
 p. 395. §. 4.

(f) Huc refero verba testamenti, quod in
 familia Palatina Stephanus Bipontinus a. 1444
 condidit, in Mosers Staatsr. tom. 13. p. 29.,
 vbi: "Giengen sie aber beyde ohne Leibes-Lebens-
 Erben ab, so soll alsdenn, das vorgenannte Her-
 zog Friederich, und Herzog Ludwig gehabt ha-
 ben,

„ben, und hinter ihnen lassen, fallen und werden
 „auf ihre Brüdere, die Leyen werden mögen.
 „Möchte aber derselben keiner ein Ley werden
 „und verbleiben; so soll es doch auf sie fallen,
 „und ihnen ihr Lebtag fallen und werden, und
 „nach aller ihrer Tod fallen, nach Inhalt des
 „Brieffs, und da es von Rechtswegen hinfallen
 „soll.“

(g) Vide e. g. I) casum familiae *Austriacae*
 de a. 1623. in meinem Handbuche von Teutschen
 Staaten p. 107. und in Mosebers Staatsr. tom.
 12. p. 353.; cui iungi potest II) nouissimum
 exemplum Iosephi Antonii principis de *Hohen-*
lohe (n. 1707. Apr. 5. † 1764. Mai. 14.), qui,
 licet canonicus fuerit ecclesiarum cathedralium
 Coloniensis, Salisburgensis, Argentoratensis,
 ordinesque maiores suscepit, tamen corregens
 fuit in Bartenstein, fratrique juniori Ruperto
 Francisco († 1745. Apr. 3.) successit in Pfae-
 delbach.

(h) Dan. NETTEBLADT diff. de clericorum eu-
 angelicorum in feuda secularia successione, Hal.
 1764.

§. 27.

Ob *inabilitatem animi vel corporis*, II) Inha-
 quae iam tempore successionis delatae ad biles ob
 est, a successione quis arceri potest; ob su- defectum
 peruenientem haec non aufertur (a). animi vel
 corporis;

(a) II. F. 36. "Mutus et surdus, coecus, claudus, vel aliter imperfectus, etiamsi sic natus fuerit, totum feudum retinebit. Obertus et Gerardus et multi alii. Quidam dicunt, eum, qui talis natus, feudum retinere non posse, quia ipsum servire non valet. Sic dicimus in clerico, et in femina, et in similibus." I. F. 6. §. 2.: "Mutus feudum retinere non potest, scilicet, qui nullo modo loquitur. Sed si feudum fuerit magnum, quo ei ablato se exhibere non valet, tantum ei relinqui debet, vnde se sustinere possit." *Ius prouinc. Sax. lib. 1. art. 4.*: "Wird auch ein Kind geboren stumm, sinn oder wiglos, oder blind, oder sonst unvollkommenlich an seinem Leibe, das ist wohl Erbe zu Lands Recht, aber nicht zu Lehn-Recht. Hätte aber ein Mann Lehn empfangen, ehe er also gebrechlich worden wäre, das verleust er das mit nicht. Der aussäsig Mann, der empfahet gleicher Weise auch kein Lehn, auch kein Erbe. Hat er aber das empfangen vor der Seuche, und wird darauf siech, er behält es, und vererbet es auch, als ein anderer Mann." A. B. cap. 25. §. 3. 4.: "Primogenitus filius succedat, nisi forsitan mente captus, fatuus, seu alterius famosus et notabilis defectus existeret, propter quem non deberet seu posset hominibus principari; in quo casu, inhibita sibi successione, secundogenitum — seu alium — volumus successorum." Exempla Henrici ducis Würtenbergici a. 1492., et Ulrici comitis Frisiae orientalis a. 1527. ob defectum mentis a successione excluso-

clusorum, proferuntur in Mosers Staatsr. tom. 12. p. 340. sq. Conf. quoque Struben Bedenken tom. 2. num. 97. p. 357. sq. et Io. Henr. de BERGER disquisitio, *vtrum et quousque surdi et muti sint feudorum capaces?* (Viteb. 1696.) Lips. 1707.

§. 28. *

Quandoquidem ad nobilitatem propria- III Ex gandam Germanico more semper requiri- matrimonio inae- tnum fuit, ut materna non minus quam pa- quali na- terna prosapia aequa nobilis esset (a), qui- quum alioquin partus deterioris parentis dem 1) conditionem sequeretur (b); idcirco fieri ex ma- potest, ut quis vel ea mente, ne coniux pro- trim. ad lesque familiae oneri sint, vxorem inferio- morganati- ris ordinis ducat, et cum eius, tum susci- ticam; piendae prolis conditionem pacto definit. Talique ex MATRIMONIO, quod vo- cant, AD MORGANATICAM natos in bo- nis familiae paternae succedere non posse, citra omnem plane controuersiam est posi- tum (c).

(*) Vniuerse ad hanc et sequentes §§. compa- rari possunt, quae tam de matrimonio ad morga- naticam quam de impari matrimonio in genere scripta sunt, veluti 1) Henr. SALMVTH respon- sum pro matrimonio principis cum nobili virgine, Ien. 1660.; 2) Io. Phil. PRIOR de matrimonio

ad morganaticam, Argent. 1671.; 3) Henr. LINCK de matrimonio lege Salica, siue ad morganaticam contractio ad 2. F. 29. Altorf. 1676.; 4) Gabr. SCHWEDER diff. de matrimonio ad morganaticam, Tüb. 1684.; 5) Gerh. FELTMANN de impari matrimonio, Brem. 1691. 8.; 6) Henr. COCCEIUS de lege morganatica, Francof. ad Viadr. 1685. 4. in eius diff. Vol. I. n. 93.; 7) Io. Bernh. FRIESE de conuentione morganatica, Ien. 1697.; 8) Petr. Marcell. RICCIUS de matrimonio ad morganaticam donationem contractio, 1703.; 9) Casp. Matth. MÜLLER diff. de matrimonio nobilis cum ignobili, Rost. 1707.; 10) Sam. Fried. WILLEMBERG de matrimonio imparium, Dant. 1717. et 1734.; 11) Io. Christ. SCHROETER dif- fereniae iuris Romani et Germanici circa coniu- bium impar, Ien. 1731.; 12) Ioh. BARTH de concubinatus et matrimonii ad morganaticam con-uenientia et disconuenientia, Argent. 1733.; 13) Io. Henr. WOLFART tract. de matrimonio ad morganaticam eiusque speciebus, Hann. 1736.; 14) Io. Geor. ESTOR diff. exhibens vestigia iuris Germanici in iure canonico et quidem cap. I. X. de sponsal. de odio in matrimonia inaequalia et re- stricto iure nobilitatis Germanicae quoad connubia, Ien. 1740., recusa [auctior] Marb. 1750.; 15) Lü- diger de et in MANNSBACH de matrimonio prin- cipis, comitis liberique domini cum virgine nobili inito, Wetzlar. 1750.; 16) Dan. NETTELBLADT f. respond. Ioh. Balth. KOELBELE diff. an et qua- tenus matrimonium ad morganaticam pacto tale li- citum sit? Hal. 1748.; 17) Guil. Phil. SEYFRIED diff.

diff. de incongrua matrimonii ad morganaticam
ad statum nostrum Germanicum applicatione,
Giess. 1749.; 18) Io. Goth. BAVER progr. de
matrimonio inaequali, Lips. 1750.; 19) Ioh.
Mich. DAHM, sive potius respond. Franc. Ant.
Chrysoft. DÜRR diff. de matrimonio aequali et in-
aequali personarum illustrium in Germania, Mo-
gunt. 1751.; 20) Henr. SONDRINGER s. potius
praesidis Ign. Chr. LORBER a STOERCHEN diff.
de nobili immediato cum persona rustica nuptias
contrahente, nobilitate sua et feudis ante iam ha-
bitis secundam iura Germanica in perpetuum pri-
uato, Bamberg. 1755.; 21) Io. Henr. Christian.
DE SELCHOW diff. de matrimonio nobilis cum vi-
ti et turpi persona, praesertim rustica, Goetting.
1755.; 22) Ge. Lud. BOEHMER diff. de impari
matrimonio et iure liberorum ex eo natorum circa
successionem feudalem, Goett. 1755.; 23) Dav.
Ge. Strube von ungleichen Ehen, in Nebenstund.
part. 5. (Hannov. 1755.) p. 232. sq.

(a) Testimonia huius rei inseruire possunt *ius*
provinciale Saxonicum lib. 1. art. 51.: "Welch
„Mann von seinen vier Ahnen, d. i. von zweyen
„Eltervätern und zwey Eltermüttern, und vom
„Vater und Mutter, die umbescholtzen sind, unbe-
„scholtzen an seinem Rechte ist, den mag niemand
„beschelten an seiner Gebuhrt ic.;” item lib. 3. art.
72.: "Das ehelich und frey gebohrne Kind behält
„seines Vaters Heerschild, und nimmt auch sein
„Erbe, und der Mutter alsowohl, ob es ihr eben-
„bürtig ist, oder bass gebohren." Cui conue-

40 LIB. I. SUCCESSIO. CAP. III. DE IIS,

nit ius prouinc. Alem. cap. 397. §. 3.: "Ein jegli-
ches Kind behält seines Vaters Recht, ob es ihm
ehelich ebenbürtig ist."

(b) Huc pertinet, quae ex iure prouinciali
Alemannico allegari solet, paroemia iuris Germani-
ci: "Das Kind folgt der ärgern Hand."

(c) Exemplum adposita rem declarat, vti de-
scribitur II. F. 29.: "Quidam habens filium ex no-
ibili coniuge, post mortem eius non valens conti-
nere, aliam minus nobilem duxit; qui nolens ex-
sistere in peccato eam despousauit, ea lege, ut
"nec ipsa, nec filii eius amplius habeant de bonis
patris, quam dixerit tempore sponsaliorum —
quod Mediolanenses dicunt accipere vxorem ad
Morganaticam; alibi lege Salica. Hic filius ex
ea susceptus decessit. Iste in proprietatem non
succedunt aliis extantibus; sed nec in feudo,
etiam aliis non existentibus." etc. Cui simillima-
narrationem ex chronicō quodam Hassiacō ad
a. 1311. refert HERT de special. rebus p. sect. 2. §. 6.
not. 11. opusc. vol. 1. tom. 2. p. 75. verbis: "Die-
ser Landgraf Otto regierte wohl, bat seine Söhne,
sie wollten die Unterthanen gnädig hören, und das
Land nicht theilen; Und wenn ihm seine Gemahlin
Adelheid, (gebohrne Gräfin von Ravensberg,)
stürbe, wenn er dann seinen Wittwenstand nicht
feusich halten könnte; wollte er auch in keinem sün-
digen Leben funden werden vor Gott; aber auch
keines Fürsten, Herrn noch Grafen Tochter neh-
men, damit durch zweyerley Kinder das Land nicht
„der

„zereheilet würde; sondern wollte eine frömmie
„Jungfrau von Adel zur Ehe nehmen, und die
„Kinder mit Geld und Lehenschaft und anderen Gü-
„tern wohl versorgen, daß das Fürstenthum bey
„einander bleiben sollte.“ etc. Conf. KOPP de insigni
diff. inter com. et nobil. p. 242. Ceterum e sex-
centis aliis, quae in promtu sunt huius rei in fa-
miliis Germaniae illustribus, exemplis, nominatis
sufficiat cum Ill. Io. Ge. ESTOR de odio in matrim.
imparia (1750.) p. 59.: I) Wolfgangum Isenbur-
gi comitem, qui post obitum tertiae vxoris legit-
imae patrimonium ad morganaticam iniuit cum
Sabina de Saalfeld, vidua Ulrici Adami de Burg-
hausen d. 9. Iul. a. 1628. hac lege: “dass sie sich
1) des Grafenstandes nicht anmaße, 2) ihre Stiefs-
kinder als ihre gnädige Herren halte, 3) diese ihre
Gnaden heiße, 4) sich schreibe: Sabina, Frau
zu Isenburg gebohrne zu Salfeld.” Conf. Roes-
lers Münzbelust. tom. 7. p. 167.; II) matrimo-
nium Bernhardi ducis Saxonie Ienensis contra-
etum a. 1672. cum Maria Elisabetha de Kospodt
dicta Madame d' Alstädt, postea Gräfin zu Alts-
städt; vid. Val. Königs genealog. Adelshistorie
part. 3. p. 652. sq.

§. 29.

Sed et *ipso iure* prolem ex matrimonio ^{2) ex dis-}
inaequali seu **DISPARAGIO**, quod vocant, ^{paragio,}
susceptam *successionis paternae incapaci-* ^{equo a)}
cem esse, vel expressa *lege generali* haud ^{quatenus}
^{hodierno} ^{hinc certe}

ita pridem firmatum est, adeo, vt ne Imperatori quidem honores paternos eiusmodi proli largiri, multo minus ius succendi ei tribuere fas sit (a); licet fieri omnino queat, vt agnatis consentientibus exceptio a regula statuatur, siue vt statim liberos ex inaequali matrimonio natos perinde, ac si ex aequali nati essent (b), aut *saltem in quadam territorii parte succedere* (c), siue vt *in posterum* deficiente legitima agnitorum stirpe successionem iis reseruari patientur (d).

(a) CAPITVL. (1742.) art. 22. §. 4.: "Noch „auch denen aus unrechtmäßiger Nachheym, „rath erzeugten Kindern eines Stands des Reichs, „oder aus solchem Hause entsprossenen Herren, zu „Verkleinerung des Hauses, die väterliche Tituln, „Ehren und Würden beylegen, vielweniger die „selben zum Nachtheil derer wahren Erbsfolger, „und ohne deren besondern Einwilligung, vor „ebenbürtig und Successionsfähig erklären, „auch wo dergleichen vorhin bereits geschehen, „solches für null und nichtig anschen und achten."

(b) Illustrē huius rei exemplum est in successione principum Anhaltinorum lineae Dessauiensis ex matrimonio Leopoldi et Annae Ludouicæ Fösen a. 1698. inito prognatorum. Mosers Staatsr. des Hauses Anhalt p. 38. §. 39. Sic et successiōnem filii Ernesti marchionis Badensis Ursulaeque de

de Rosenfels cum consensu agnatorum factam es-
se testatur STRVV iurispr. heroic. part. 2. cap. 2.
§. 37.

(c) Vide e. g. quae de successione filii *Ottō-*
nis ducis Brunsvicensis († 1549.) Mettaeque de
Campen adnotata sunt in *Struben Nebenstunden*
part. 5. p. 245. sq.

(d) *Strube l. c. p. 247.:* "In dem ersten Ver-
,, frage von 1527., vermöge dessen ein, von Herzog
,, Otten dem ältern mit dieser Mette von Cam-
,, pen erzeugter Sohn nur 3000 Goldfl., und keinen
,, Landes-Antheil empfangen, mithin für einen Für-
,, sten nicht gehalten werden sollte, bedunge man ihm
,, dennoch die Erbfolge, nach Abgänge der Herzoge
,, Ernstens und Franzens männlicher Nachkommen,
,, ohne den kaysерlichen Consens zu begehrn." Si-
militer inter Wilhelnum atque Ferdinandum *Ba-*
uariae duces occasione coniugii inaequalis cum
Pettenbeckia ab hoc initi conuentum fuerat: vt
posteri ex hoc coniugio prodituri titulo ducali,
nomine et insignibus Bauariae tamdiu abstinerent,
nec illum sibi ius in ducatum vtriusque Bauariae
vel comitatus et dynastias eo pertinentes atque a
communi eorundem parente Alberto possefas, ne-
que etiam in illas, quae imposterum ad ducatum
deuenire, et cum eo consolidari poterunt, arro-
garent, *quamdiu aliquis e mascula Wilhelmi pro-*
genie supereffet, sed alio interea nomine et infer-
iore, nobili tamen forte vterentur, annuaque
pensione 6000. florenorum, et duobus castris praec-
diisue lege fiduciaria eis a duce conferendis con-
tentii

tenti viuerent; *Quandounque vero contigerit, ut mascula Wilhelmi propago deficiat, tunc ipsius masculae posteritati ex illo matrimonio oriturae, ius postliminium in regimen ducatus Bavariae et ditionum eo pertinentium sartum actulum esset.* IMHOF notit. procer. imp. lib. 2. cap 6. §. 19., Strube l. c. §. 8. p. 254. sq., Mosers Staatsr. tom. 19. p. 19.

§. 30.

quod tam
men b) ex
conserua-
to iure
antiquio-
re repe-
tendum;
Etiamsi autem nostra demum aetate
lex illa prolem e matrimonio inaequali sus-
ceptam a successione excludens lata sit;
caue tamen existimes, rem ipsam aequem
nouam esse. Longe enim antiquiora eius
rei quum exempla fatis frequentia sint (a),
vix dubitari potest, pristinam modo obser-
uantiam hac demum lege firmatam esse,
adeoque in iure antiquo inter illustres con-
seruando eam versari. Quare spernenda
certe non sunt, quae tum in legibus po-
pulorum Germaniae antiquissimis (b),
tum in testimonii scriptorum medii ae-
ui (c), tum in diplomatibus (d) occurunt
huius rei vestigia; licet vel maxime non
omnia ea perdurauerint, veluti quae in
odium peregrinitatis, et de poena mortis
in commixtionem seruilem olim statuta
fuerant.

(a) Per-

(a) Pertinent huc e. g. matrimonia Henrici illustris, marchionis Misniae († 1288.), et Elisabethae de *Maltitz*; Alberti degeneris († 1314.) et Cunigundae ab *Eisenberg*; Friederici victoriofi electoris Palatini et Clarae de *Dettingen* 1462.; Wilhelmi III. ducis Vinariensis et Catharinae de *Brandenstein* 1463.; Ottonis ducis Brunsuicensis et Mettae de *Campen*; Ferdinandi Austriaci et Philippinae *Welsperg* 1550.; et quae de singulis istis aliisque nouioribus eiusmodi coniugiis disceptata sunt; inque his in primis, quod proximam fationi nouissimae occasionem praebuit, matrimonium Antonii Vlrici ducis Meinungensis et Philippinae *Zesar* a. 1713.

(b) E. gr. LEX SALICA tit. 14. cap. 6.: "Si
 „litus ingenuam feminam traxerit, de vita compo-
 „, nat. Si vero ingenua femina quemque de illis
 „, sua voluntate secuta fuerit, ingenuitatem perdat." et cap. 11.: "Si quis ingenuus ancillam alienam in
 „, coniugium acceperit, ipse cum ea in seruitum
 „, implicantur." LEX RIPVAR. tit. 58. cap. 15. sq.
 „, Si Ripuarius ancillam Ripuarii in matrimonium
 „, acceperit, ipse cum ea in seruitio perseueret." etc. LEX ALEMANN. tit. 57.: "Si duae sorores
 „, absque fratre relietæ post mortem patris fuerint,
 „, et ad ipsas hereditas paterna pertingat, et una
 „, nupserit coaequali libero; alia autem nupserit ---
 „, colono ---; illa, quae illi libero nupfit sibi coae-
 „, quali, tenet terram patris earum; --- illa enim,
 „, quae illi colono nupfit, non intret in portionem
 „, terrae, quia sibi coaequali non nupfit." Com-

para

para G. L. BOEHMER diff. *de impari matrimonio*.
§. 2.

(c) In primis hic perpendi merentur, quae ex Meginhardo, scriptore seculi IX., refert ADAMVS BREMENSIS lib. 1. hist. eccl. cap. 5. vbi: "Gentilis quoque et nobilitatis suae, inquit, prouidissimam curam habentes nec facile ullis aliarum gentium, vel *sibi inferiorum connubiosis infestis*, propriam et sinceram, tantumque sibi similem gentem facere conati sunt. Et id legibus firmatum, vt nulla pars in copulandis coniugii propriæ sortis terminos transferat, sed *nobilis nobilis, lem ducat vxorem*, liber liberam, libertus coniungatur libertae, et seruus ancillæ. Si vero quispiam horum sibi non congruentem et generem praestantiorum duxerit vxorem, cum vitae suae damno componat." Quae iisdem fere verbis repetit CONRADVS VRSPERGENSIS p. 148. Addenda quoque, quae tradit Pet. de ANDLO *de imp. Rom.* lib. 2. cap. 12. p. 94.: "Est autem, inquiens, Alemannis inueteratus usus, et *longe retro obseruata consuetudo*, non magna, quantum coniicere possum, ratione suffulta, *ut baro copulando sibi militaris et inferioris generis coniugem, prolem suam inde creatam degeneret atque debaronizet*, filiique de cetero barones minime vocitentur. Comites vero per connubium cum simplicis militaris generis feminis natos filios non decomitant; sed si eorum filii itidem in militarium genus nubant, *ex tunc illorum demum pro-*

les

„les decomitatur , militariumque generis ordinis
„deinceps connumeratur, quae profecto obseruantia
„haud satis honesta esse videtur.”

(d) Pertinent huc in primis diplomata , quae RVDOLPHVS I. dedit *Adelheidi de Münzenberg* nuptae Reinhardo comiti Hanouensi 1273. , verbis: “Quum igitur, sicut oblata nobis nobilis vi-
„ri Reinhardi de Hagenoue, mariti tui , petitio
„continebat, ipse te olim ea intentione duxerit in
„vxorem, quia *te nobilem fore credebat, et parentem*
„*sibi in originis libertate, et quidam postmodum*
„afferuerunt, te nobilem non fuisse, supplicauit
„nobis, vt prouidere sibi super hoc de benignitate
„te Regia dignaremur. Hinc est, qui personam
„tuam, ob grata obsequia, quae idem maritus tuus
„nobis et imperio exhibuit et poterit exhibere, vo-
„lentes prosequi benevolentia gratiae specialis, ec-
„ce ad tollendum huiusmodi dubium, quae a pa-
„tre ministeriali genita dicebaris, a te notam ori-
„ginis, si qua exstittit super eo, adimimus, et, de
„consensu principum nostrorum, qui coronationi
„nostrae felici interesse poterant, te *puerosque tuos,*
„si quos habes, vel in posterum te habere conti-
„gerit, reddimus et donamus nobiles et ingenuos
„de utroque parente, ac ab omni seruitute ministe-
„rialium libertamus, praesentium testimonio lite-
„rarum; Suppletates de plenitudine potestatis,
„si quis defectus aut dubium exstittit in praemis-
„sis;” deinde et Vlrico nato ex hoc matrimonio,
verbis: “honestam matronam *Adelheidin natam*
„, quoniam

„quondam *Vlrici de Münzenberg*, quam idem
 „Reinhardus, dum viueret, habuit in vxorem et
 „*Vlricum de Hannowe*, praedictum natum legitimi-
 „mum vtriusque, ab omni seruulis seu ministerialis
 „conditionis respectu, de plenitudine regiae potes-
 „tatis eximimus, ac ipsos ingenuitatis ac liberi-
 „partus honore et titulo perpetuo insignimus.
 „Volentes eos, sic semper manentes, in ingenuo-
 „rum vel nobilium sorte ac numero recenseret, ac
 „si de ventre libero nati essent, ita, quod ad suc-
 „cessionem bonorum feudalium et aliorum quorum-
 „libet pari forma sicut nobiles et ingenui admittan-
 „tur, et vniuersaliter omnibus iuribus, libertati-
 „bus, dignitatibus, honoribus et conditionibus,
 „quibus ingenui a sacris sunt legibus et approba-
 „tis consuetudinibus insigniti, in perpetnum ex-
 „donatione et indulgentia regia gaudent et do-
 „tentur.” Denique et diploma eiusdem RvDOL-
 PHI pro *Elisabetha Maltitia*, Henrici illustris
 coniuge, eiusque filio Friderico, verbis: “Elisabeth
 legitimam sui thori confortem, Friedericum natum
 legitimum vtriusque et vniuersos liberos, si quos
 ab eisdem parentibus procreari contigerit, in fu-
 turum ab omni seruulis seu ministerialis conditio-
 nis respectu de plenitudine regiae potestatis exi-
 nimimus, et ipsos ingenuitatis ac liberi partus ho-
 nore et titulo perpetuo insignimus, volentes, eos
 sic semper in antea in ingenuorum et nobilium
 sorte et numero recenseret, ac si de ventre libero
 nati essent. Ita quod ad successionem bonorum
 feudalium, et aliorum quorumlibet pari forma
 sicuti

, sicuti ingenui et nobiles admittantur. Et vniuersitatis
 , saliter omnibus iuribus, libertatibus, dignitatibus,
 , honoribus, conditionibus, quibus inge-
 , nui a sacris sunt legibus et approbatis consuetu-
 , dinibus insigniti, in perpetuum ex donatione
 , regia gaudeant pleno iure. Ex praemissis ita-
 , que praefato Friederico ac caeteris liberis Mar-
 , chionis praedicti, si quos ipsum in antea ex
 , praedicta Elizabeth procreare contigerit, fauor-
 , rabiliter indulgemus, concedimus et donamus,
 , ut bonis Marchionis ipsius possessionibus, ter-
 , ris, dignitatibus et ceteris iuribus quibuscumque,
 , quo possint et debeant iure succedere, ac
 , si de partu et ventre libero natii essent." Videsis
 integrum hoc diploma de a. 1278. in Wechs
 Dresdn. Chronik p. 159., Lünigs Reichsarchiv
 part. spec. contin. 2. p. 178., et utrumque illud
 Münzenbergicum de a. 1274. et 1287. in Lünigs
 R. A. part. spec. cont. 2. Forts. 3. Abtheil. 6. p.
 519. 521.

§. 31.

At vero in alia omnia abierunt Iurecon-
 fulti ex iure Romano, canonico et vel ex
 sacra scriptura edocti, vxorem dignitatis
 mariti omnino participem, et, si filium, ergo heredem esse (a). Quumque et au-
 lae caesareae non aequae ac familiarum Ger-
 maniae illustrium intersit, conseruari harum
 splendorem; contra euehi effectum gra-

D tiae

tiae caesareae in conferenda superiore dignitate, principiis aulae Augustae conueniat; sane mirum non est, iam saepius *imperatores prolem* ex matrimonio inaequali natam *succeſſionis paternae capacem declarauifſe* (b). Quod tamen quum impediſre non potuifſet, quo minus aduersus *matrimonia notorie inaequalia*, veluti principis comitisue cum persona ciuici rusticie ordinis, nouior illa ſanctio conderetur (c); ſupererſt modo quaefio: vtrum et *matrimonium principis comitisue cum femina ex nobilitate auita* inaequale ſit ad effectum excludendi sobolem ex eo fuſceptam a ſucceſſione paterna? Cuius rei decisio noua legiſlatione tanto magis opranda et exſpectanda eſt (d), quanto maior non ſolum inter aulam caesaream et antiquas principum comitumque familias (e), ſed et inter eruditos in hac re diſſenſus deprehenditur (f).

(a) Quam egregia hic adhibita ſint ratioſinia, vnicum docere poterit ſpecimen ex *MYLERI gamologia* cap. 4. §. 7. p. 92. sq. et §. 12. p. 98., vbi matrimonium principis cum femina nobili aequale eſſe contendit: “quoniam vxor per connubium iam definit eſſe de familia patris et in familiam mariti tranſit, ſecundum *LIVIVM hift.* lib. 26. — Vnde dicitur, quod maritus et vxor duo ſint connexa, cap. nec illud cauſ. „quaefſt.

QVI A SVCCSSIONE EXCLVDVNTVR. 51

„quaest. 5., cap. *admonere* caus. 33. quaest. 2.
„Qua connexitate per vnyonem coniugalem vnum
„corpus constituunt iuxta dictum scripturae:
„*Erunt duo in vna carne*, Genef. 2. — Ac ef-
„ficiuntur vnum idemque corpus fictione iuris. —
„Congrum ideo est iuri et aequitati, vt conne-
„xorum eadem sit ratio, idem iudicium, idem
„honos et dignitas, ne vnum corpus vel vna ea-
„demque res diuerso iure censeatur contra L. 25.
„D. de *vñscap.* — Vnde *VLPIANVS* respon-
„dit: *Maritus feminæ clarissimam dignitatem*
„*tribuit in L. 8. D. de senator.* Quae communi-
„catio non minima pars dignitatis mariti propter
„individuam illam vitae societatem, quae inter
„coniuges intercedit, L. 1. D. de *ritu nupt.* —
„Hinc optime rescripserunt Impp. Diocletianus
„et Maximianus Paulinae: *Quum te non a se-*
„*natre præcreatam, sed ob matrimonium cum se-*
„*natre contrattum clarissimæ feminæ nomen ad-*
„*eptam dicas, claritas haec beneficio mariti tibi*
„*parata est in L. 10. C. de nupt.*" etc. Eadem-
que ratione deinde liberos ex tali matrimonio pro-
gnatos pari iure frui probat idem *MVLERV* l. c.
§. 19. p. 105.: "quoniam legitime nati liberi
„quoad dignitatem, gentem et familiam patris,
„non matris statum et conditionem sequuntur,
„L. 19. D. de *statu hom.* L. 9. D. de *senator.*,
„L. 36. C. de *decur.*" etc. Hinc et succedere
istam prolem colligit §. 22. p. 107.: "iuxta regu-
„lam, qua dicimus: *si filius ergo heres, quum*
„*ius suorum et legitimorum heredum obtinue-*
„*rint per L. Quum quis C. de natural. lib.*,

52 LIB. I. SVCESSIO. CAP. III. DE IIS;

„Nov. 12. §. vlt., cap. 1. X. *qui filii sint legit;*
„cap. *recurrat caus. 32. qu. 4.*“

(b) Probe tamen obseruandum cum ill. STRAVBIO (in den Nebenst. part. 5. p. 249.), proprietates tantum hic referri posse casus, quorum successus voto respondit; nimirum I) matrimonium Eduardi fortunati marchionis *Badensis* († 1600.) cum Maria ab Eicken; II) Ioannis Caroli comitis *Palatini ad Rhenum* lineae *Birkensfeldensis* († 1704.) cum Maria Esther de *Witzleben* 1696; III) Christiani Caroli ducis *Holsatiae* lineae *Ploennensis* († 1706.) cum Dorothea Christina de *Eichelberg* 1702.

(c) CAPITVL. (1742.) art. 22. §. 4. vid. §. 29. a.

(d) Hac nimirum mente datae Imperatori sunt litterae electorum collegiales d. 14. Febr. 1742. ad capit. art. 22. §. 4. Misbeyrathen betreffend: verbis sequentibus: — — — “so nothig will seyn, wegen eines eigentlichen regulatiui derer das für zu haltenden etwa noch zweifelhaftig scheinenden Misbeyrathen die nähere Abmaß gründlich erstmöglichst zu Stande zu bringen; Wannenhero = = darüber ein fordersamstes Reichsgutachten zu erforschen, und diese Nothwendigkeit zu einem allgemeinen Reichsschluß zu befördern.”

(e) Notissimum huius rei exemplum contigit in matrimonio Friederici Ernesti comitis de Lippe-

pe-

pe-Alverdissen (n. 1694.) et Philippinae de Friesenhausen a. 1722. inito, quod nempe ansam praebuit mandato de non turbando natos comitis S. R. I. immediati in possessione vel quasi nobilitatis autiae, adeoque non mutando tenorem litterarum insuffirae etc. S. C. a consilio imperiali aulico d. 12. Iul. 1753. decreto cum contra Landgrauium Hassiae Cassellanum, tum contra comitem regentem de Lippe-Bückeburg, quod recensetur in Mosers Staatsarchiv 1753. part. 11. p. 350. et in Struben rechtl. Bedenk. tom. 2. p. 507. sq. Cui addenda paritoria d. 9. Mai. 1754. in Mosers Staatsarch. 1754. part. 8. p. 287., e qua adparat, solum landgrauium se opposuisse mandato illi, comitem agnatum autem morem ei iam ante paritoriam gesuisse.

(f) Instar omnium nominasse hic sufficiat KOPP de insigni diff. inter comites et nobiles sect. 3. §. 5. p. 237. sq., MANNSBACH de matrimonio principis cum virgine nobili, G. L. BOEHMER diff. de impari matrimonio, et Struben rechtl. Bedenk. tom. 2. n. 135. p. 502. sq. Quodsi licuerit, quid sentiendum mihi quidem videatur, ingenui profiteri, I) quod ad matrimonium principis cum femina nobili attinet, omnino 1) leges antiquissimae, tantum commixtionem ingenuilem et feruilem prohibentes (§. 30. b.), proprie huc trahi non possunt; sed velim obserues a) neandum eo tempore fuisse illud inter nobiles et ingenuos, quale posthaec in medio aevo ceu inter duos plane separatos personarum ordines inualuit, discri-

54 LIB. I. SUCCESSIO. CAP. III. DE IIS,

men; nihilominus tamen b) iam tum satis emicuisse odium matrimonii inaequalis vniuersitate genti nostrae proprium; et si vel maxime c) illud non tam ex inaequalitate ordinis, quam ex ignominia servilis conditionis enatum fuisse contenderis; certe *ministerialis conditio*, a qua vix viiilius hodiernae familiae nobilis maiores immunes doceri possunt, non multo minorem praebere potuit principibus rationem, vt a seminarum ministerialium vel ex tali familia oriundarum matrimonii abstinerent, prolique ex tali matrimonio suscipienda ius succedendi negarent. Quumque 2) in aprico sit, per omne medium aeuum ad hanc vsque diem nil fecisse reliqui familias principum Germaniae, vt hanc suam praerogatiuam illibatam conseruarent; non tam difficile quidem est, probationi iuris sola consuetudine conseruati controversiam et qualitercunque dubitationem mouere; sed a) cogitandum tamen est, multo plura, eaque certissima tamen familiarium illustrium iura vix fortioribus nisi probationibus (conf. Strube *Nebenst.* part. 5. p. 253.); quare b) tuto adhuc exspectatur probatio contrarii, eaque in eo ponenda, vt doceatur, familias Germaniae illustres patienter tulisse, vt soboles ex coniugio principis feminaque nobilis progenita in terris auitis, *contradicentibus licet agnatis*, succederet. Nec enim c) sufficit vnum alterumue iudicatum caesareum, quo, quam clare constat, e quoniam fonte profluxerit, tam parum euerti potuit autonomia familiarum illustrium, quam in hac re conseruari tam enixe ad hanc vsque diem illae studuerunt. Quae omnia

omnia si II) de matrimonio *comitis cum femina nobili* eadem ratione perpenderis: multo plura quidem deprehenduntur exempla talium coniugiorum, maxime si non regentes nouique comites in censum venerint. Quum vero in principiis hic omnino eadem ratio obtineat, nec certe argumentum valeat a nouis comitibus ad antiquos, et ab eo, quod consentientibus agnatis passim contigit, ad id, quod familiae illustri totique comitum antiquorum ordini de conservando splendore suo sollicito tueri fas est; saltem durum videtur, obtrudere illustri huic ordini noua iura, quibus citra culpam eorum, quorum maxime interest, pristinae cum principibus communis praerogatiuae tantum detrimentum inferretur. Sed ob proximum sane periculum imminens suaferim cum vniuerso ordini tum euilibet familiae, ut cautius huic rei pactis legibusque familiae in antecellum prospiciatur.

§. 32.

Illegitimae prolis plane nulla in terris IV) Ille-
paternis successio est (a). Nec vel quali-
tercumque *legitimata* illustrum progenies
ad successionem in territorio admittitur. Etiam si enim textum iuris feudalis legitimatos a successione in feudo excludentem (b)
plerique tantum non omnes olim ICti de iis
solum, qui *per rescriptum principis* legitimi fiant, interpretati fuerint, legitimatos

D 4 autem

autem per subsequens matrimonium ex rationibus iuris communis (c) ad successionem admirerint (d); cui quidem interpretationi iam perantiquae (e) et fere usuali (f) non pari cura vbiique obuiam itum fuit (g); tamen in familiis Germaniae illustribus etiam per subsequens matrimonium legitimati tanto magis a successione arcentur, quanto fortior accedit alia ratio, quod matrimonium tale vix aliud, quam inaequale, cogitari queat (h).

(a) Auctor vetus de beneficiis cap. I. §. 4.:

„In fornicatione nati — iure carent beneficiiali.” Ius feud. Sax. art. 2.: “Alle die unâcht gebohren sind, — sollen Lehnsrechts darben.”

(b) II. F. 26.; “Naturales filii, licet postea fiant legitimi, ad successionem feudi, nec soli, nec cum aliis admittuntur.”

(c) L. 10. C. de naturalibus liberis; Cap. 6. X. qui filii sint legitimi.

(d) CVIACIVS lib. 4. feud. tit. II., SCHRADER de feudis part. 7. cap. 5. n. 21., ROSENTHAL de feud. cap. 7. concl. 18. n. 1. sq. Cum quibus comparari tamen merentur 1) Ioh. Friedemann SCHNEIDER diff. de successione legitimatorum in feudis, Hal. 1706.; 2) Ioh. Gottfr. BAVER diff.

diff. de successione legitimatorum per subsequens
matrimonium exsule in feudis, Lips. 1734.; 3)
Ge. Henr. AYRER progr. de exclusione legitimato-
rum a successione feudali, Goetting. 1755.

(e) Ius prouinciale Alemannicum cap. 378.
(in SENKENB. corp. iur. Germ. tom. 2. p. 456.
sq.): "Hat ein Mann eine Frau zu lediglichen Din-
gen, und hat Kinder, wenig oder viel; und nimmt
er sie darnach zu rechter Ehe; was Kind sie mit
einander gehabt haben, da sie einander zur Ehe
nahmen; da sind sie alle rechte Ehekinder worden,
und erben Eigen und Lehen von Vater und von
Mutter, und von andern ihren Freunden, als wohl,
als die Kinder, die sie darnach gewinnen." G. L.
BOEHMER princip. iuris feud. lib. 1. seft. 1. cap.
7. §. 123. c.

(f) MYNSINGER cent. 5. obs. 5. n. 1., GAIL
lib. 2. obs. 141. n. 2., Hartm. PISTORIS lib. 2.
quaest. 41., CARPZOV part. 3. const. 28. def.
18., MYLER gamologia cap. 24. §. 2., REIN-
HARTH ad Christinaeum vol. 6. obs. 9. p. 18.
Reichshofraths-conclusum d. 23. Dec. 1715.: "Wird
des Hans Christoph von Künsberg per subsequens
matrimonium legitimirter Sohn Philipp Heinrich
von Künsberg in possessorio davor, et pro succel-
fionis capace, tam in feudis et fideicommissis,
quam allodio erläret; und ist in der Tangley an
statt Wohfern künftighin von Künsberg zu se-
gen." Mosers R. H. R. P. tom. 3. cap. 3. §. 13.,
NEVMANN ius priu. princ. tom. 3. p. 47. §. 7x.

(g) Vide e. g. constitutionem Hassiacam in Geisen Teutschen corp. iuris p. 486. legesque Brunsuico-Lüneburgicas de a. 1593 et 1601. in den Calenbergischen Landes-Constitutionen tom. 4. p. 32. 49. PUFENDORF tom. I. obs. 90. p. 227.

(h) Praecipua, quae ad eruendam obseruantiam huc referri queunt, exempla sunt Alberti degeneris marchionis *Misniae* († 1314.) et *Cunigundae ab Eisenberg*; Philippi comitis de *Falkenstein* ductaeque ab eo 1552. *Caspara Holtey*; Leopoldi Eberhardi ducis *Würtenbergensis* et *Elisabethae Charlottae de l' Esperance* 1714. *Mosers Staatsr.* tom. 22. p. 306. Nec vel vlo, quod sciam, exemplo legitimati sic per subsequens matrimonium ad successionem in principatu vel comitatu admissi sunt. Prudenter lex familiae *Austriacae* a. 1703. ad successionem diserte requirit “*descendentes legitimos non legitimatos;*” *Mosers Staatsr.* tom. 12. p. 418. Paetumque nonnullorum *Saxoniae* ducum ac principum *Anhaltinorum* a. 1717. istitum, ut caueantur dispargia, “*und die aus solchen mesallianceñ öfters folgende Legitimationen deyer auch außer der Erzeugten Kinder*” vide in *Mosers Staatsr.* tom. 19. p. 236.

§. 33.

2) qua liberi principum imperii illegitimi (a), modo a patre agnoscantur (b),
liberi naturales tales tam alii omnes censentur iure liberorum natura-
lium

lium (c), non attento iuris Romani discrimine, vtrum e concubina, an ex alio qualcumque etiam damnato coitu suscepti fuerint (d)? Quare cum *alimenta* e bonis paternis iis debentur (e), tum et largioribus a patre *legatis* ex bonis eius liberae dispositioni subiectis prouideri possunt (f). Idemque propterea et de liberis *principum ecclesiasticorum* naturalibus recte statuitur.

(a) Joh. Sam. STRYCK diff. de tiberis naturalibus regum et principum, Hal. 1704.

(b) Pertinet hoc larga exemplorum seges in Mosers Staatsr tom. 22. p. 324. sq., addito in fine monito: "Er habe nur von denen natürlichen Kindern der Reichstände geredet, welche von ihren Vätern selbst, und zwar öffentlich, dafür erkannt worden. Denn wer wollte eine Liste dererjenigen verfertigen, welche von ihnen herkommen, aber entweder gar nicht, oder doch wenigstens nicht öffentlich, dafür erkannt worden sind?" Moser l.c. p. 386. §. 37.

(c) MOSER diff. de legitima statuum imp. §. 29. in eius selectis diff. p. 228., STRVU iurispr. her. tom. 3. cap. 6. sect. 1. §. 8.

(d) Nou. 89. cap. 15.: "Omnis, qui ex complicitibus aut nefariis, aut incestis, aut damnatis processerit, iste neque naturalis nominatur, neque , alen-

„alendus est a parentibus, neque habebit quod-
dam ad praesentem legem *participium*.“ Nov.
74. cap. 6. : — “sed sit supplicium etiam hoc
„patrum, vt agnoscant, quia neque quidquam pec-
„tratricis concupiscentiae eorum habebunt filii.“

(e) Vide e. gr. Reichshofrats-conclusum d.
9. Dec. 1737. in Sachen von Mecklenburg, Chri-
stiana Maria, Louise Charlotte, und Juliana, con-
tra Herrn Carl Leopold Herzog zu Mecklenburg-
Schwerin, in puncto alimentorum: “Diesen drey
natürlichen Töchtern besagten Herzogs die ihnen
ausgeworfene Summe von 1500. Rthlr. alljährlich
richtig aus den Cammergefällen zahlen zu lassen,
auch vorzuschlagen, wo diese drey natürliche Töch-
ter im Lande ferner wohl erzogen und von obigem
quanto verpfleget werden könnten?” Mosers
Staatsr. tom. 22. p. 443.

(f) Huc pertinet e. gr. I) legatum, quod
Antonius Güntherus ultimus comes de Oldenburg
et Delmenhorst filio suo naturali Antonio de Al-
denburg ex alladio suo reliquit, Mosers Staatsr.
tom. 22. p. 346. 374. II) Conclusum consilii imp.
aul. d. 25. Jun. 1743. in Sachen der Brüder,
Friedrich Wilhelms und Carl Ludewigs von Meck-
lenburg (natürlicher Söhne des Herzogs Friedrich
Wilhelms von Mecklenburg) contra den Herrn Her-
zog zu Mecklenburg in puncto legati: — “zu
Abführung des den Brüdern von Mecklenburg ver-
machten legati — die von besagtem Herzog Fried-
rich Wilhelm — neu angekaufte adeliche Güter
angus-

— anzuwendend zc." Mosers Staatsr. tom. 22.
pag. 339.

§. 34.

ADOPTIO iis, qui a primo acquirente IV) Ad-
haud descendunt, ab eo solo repetendum optini.
ius succedendi tribuere nequit (a). Nec
vel *ordinem succedendi* in *praeiudicium*
aliorum turbare potest (b).

(a) II. F. 26. §. 8.: "Adoptiuus filius in feu-
dum non succedit." Ern. Fried. KNORRE diff.
de successione adoptiuorum in feuda, Hal. 1753.

(b) Exempla illustria adoptionum varia men-
te varioque successu factarum videsis in Mosers
Staatsr. tom. 22. p. 398. sq. et in NEVMANN. in-
re priu. princ. tom. 3. p. 88. sq.

CAP. IV.

DE ORDINE SVCCEDENDI
ADMISSA DIVISIONE.

§. 35.

In ordine succedendi (§. 19.) primaria dif. E regula
ferentia est, an DIVISIO inter plures ^{interae-}
aequali ordine constitutos admittatur, nec ^{quales} ^{ordine}
ne.

olim di-
uisio fa-
cta.

ne. Et *olim* quidem prius fere vniuersitate obtinuit (a), vnde modus iste succedendi ante omnia adhuc exponendus est. Etiam si vero in eo, vt aequales inter se diuidant, *ius Romanum* hic amice conspirare videatur; certe tamen ex hocce iure hanc rem haud repetiere maiores nostri (b). Quapropter quamdiu quacumque ratione familiias illustres iura pristina haud deseruisse constat, merito non statim ad ius Romanum confugiendum est, sed ex *natura rei* et ex vera pristini *iuris patrii* indole, ab eo nimirum tempore, quo adhuc incognitus in Germania in primis inter illustres iuris Romani usus erat, rem repetere fas est (c).

(a) Vide in primis exempla a seculo XI. inde collecta in STRVV. corp. iur. publ. cap. 31. §. 2. p. 1157. et in NEVMANN iur. priu. princ. tom. 5. p. 111. sq., deinde nouiora in Mosers Staatsr. tom. 15. p. 3. sq., et quae ex iis de regula et frequentia factarum olim diuisionum recte concluduntur in Mosers Staatsr. tom. 14. p. 502. et in Cramers Weßlarischen Nebenstunden tom. 21. p. 27. sq. Occasione restitutionis decretae filiis proscripti Ioannis Friederici Saxoniae ducis in R. I. 1570. §. 40. statuitur: "Commissarien zu verordnen, so förderliche gebührliche Theilung aller Landschaften und Güter mit ihrem Vetter, Herzog Hans Wilhelmen, vornehmen sollen."

(b) "Vix

(b) "Vix ferendi sunt (inquit NEVMANN
iur. priu. princ. tom. 5. p. 110.) "Schilterus,
,, Thomasius, Ludolfus, Titius, aliquae, dum ae-
,, qualem principatum in Germania diuisionem a
,, recepto iure Romano arcent. Nam prius longe
,, diuisiones, quam ius Romanum, inualuere; vt-
,, ut recepto iure Romano maius diuisionibus in-
,, crementum accessisse, non negauerim." Id
quod in primis illustratur testimonio LAMBERTI
SCHAFFNABVRGENSIS, qui ad a. 1071., Ruper-
tum Flandriae comitem exprobrasse narrat fratri suo
seniori Balduino: "quod totam communis patris
,, hereditatem, quam IVRE GENTIVM secum diui-
,, dere debuisset, solus, sine consorte obtineret."

(c) Non adsentiendum itaque mihi videtur ra-
tiocinio SCHRADERI *de feudis* part. 7. cap. 6. n.
11. sq. aliorumque statuentium, semper, quando
collaterales per pactum ad successionem admittun-
tur, hoc eo ordine factum censi, quo alias de
iure communi (Romano nempe) fit successio,
quum *pacta secundum ius commune* sint intelligenda.
Datur enim certe et aliud familiarum Germaniae
illustrium ius commune, quam Romanum (§. 9.).

§. 36.

Ex perantiquo nempe Germaniae mo- Quam ad
re nil frequentius erat, quam vt plures intelli-
vnius rei *condomini in solidum et pro indi-* gendam
uiso essent, ita vt non solum possessio, v̄sus, I) prae-
mittenda libe-

pristina
indoles
condomi-
nii, ceu
funda-
menti
succes-
sionis;

liberaque de re dispositio omnium coniunctim esset, sed et exstincto condominorum vno aut in eius posteros transiret atque continuaretur communio illa, aut improlis defuncti ius in re communi consolidaretur reliquis adhuc superstitibus. Quorum intuitu itaque ipsum illud *condominium erat fundamentum successionis*; nec proinde successioni locus dabatur, si quis e communione recesserat, siue condomini rem communem inter se diuiserant; vti contra, si cui ius succedendi tribuere volebant, eum in condominium recipere mos erat. Veluti qua ratione pristina comunio et successio inter coniuges, fratres, agnatos, et vel extraneos qualescumque *ganerbios*, quos vocabant, constituta erat (a).

(a) Ad illustranda probandaque lemmata iuris pristini Germanici, quae hic propono, quaeque ampliore illustratione omnino haud indigna sunt, commendari queunt Henr. Christ. L. B. de SENKENBERG primae lineae condominii pro iuri, siue ganerbiatus, Goetting. 1736. et deductio sub titulo: Die Gemeinschaft als ein wahrer Grund der Erbsfolge und der einzige Grund der Lehensfolge der Seiten-Verwandten zu Behauptung des Rheingraeflich Grumbach- und Rheiengrafensteinischen Erb- und Lehensfolgs-Rechtes in die Hälften der erledigten Rheingraeflich Dhaunischen Lande, 1755. fol.

§. 37.

§. 37.

Sigillatim sic *in feudis* per frequenter adeo ut
contingebat, vt plures siue fratres, siue¹⁾ in feu-
dis diui-
agnati, siue extranei de eodem feudo com-
muniter seu, quod vocabant, *communi*
manu (gesampter Hand) inuestirentur (a).
Quo facto et *communis omnium v̄sus erat*, tuam,
et uno e pluribus communiter inuestitis
sine prole decedente reliqui superstites suc-
cēdebant (b). Nec vel impediebantur
fructuum perceptionem inter se diuidere,
aut de *alternando* in possessione et v̄su rei
pro certo annorum numero inter se inui-
cēm conuenire (c), quod vocabant *Mut-*
ſchar, *Mutschieren* (d). *Divisione* autem
ipsius feudi substantiae dominique facta,
quae quidem etiam sine domini consensu
fieri poterat, vna cum communione domi-
nii vtilis etiam *ius succedendi reciprocum*
cessabat (e), eaque mente dicebatur:
Theilung bricht gesammte Hand; adeo ut ab-
hinc reuera tot diuersa feuda, quod par-
tes, constituerentur, quorum cuiusque
singularis inuestitura requirebatur, eam-
que primum naestus *instar primi acquiren-*
tis erat, a quo proinde haud oriundi nec
amplius succedere poterant, sed exstincta
eius progenie feudum potius *ad dominum*

E dire-

66 LIB. I. SVCCESIO. CAP. IV. ORDO SVCC.

directum reuertebatur (f) Nec proinde alia proprie quam *descendentium* in feudis successio erat (g).

(a) Egregie haec et sequentia illustravit G. L. BOEHMER progr. *de feudi communis diuisione*, Goetting. 1748., in *obseruationibus iuris feudalis* (Goett. 1764. 8.) p. 214. sq.

(b) Exemplum satis antiquum est in litteris reuersalibus Theodorici domini de Altona, eiusque consanguinei Wilhelmi de Horne a 1230. coniuncta manu de eodem feudo inuestitorum in Ant. MATTHAEI not. *ad res Vlraiet*. p. 98. verbis: “Quicumque vero nostrum, scilicet ego „et consanguineus meus, absque heredibus mori- „tur, alius praefata bona, quae communi manu „tenemus in feudo a comite, solus retinebit.” LDEWIG diff. *de simult. inuest.* p. 12., BOEH- MER l. c. §. 2. p. 218.

(c) Kayserrrecht lib. 3. cap. 12.: “Eyn iclich „man sal wiffin der gemeine lehin hat met ander „ludin ader met synen geborn mogem der mag „mot/char ez en sy met dez Keysers gebode wie „ez den kompt so vorlibint en dylein pey den Gan- „,erbin. Theylet her aber se noch dez Keysers „rechte also he ez dem Lehin hat gesetzt, vorster- „,bin den dy eyne sythen, so fallen se in dez Key- „,fers hant, vnn ist verlorn von den ez geteylet ist, „sint in dez riches rechte stet geschrebin, Getey- „,let lehin daz sal dem riche erfierbin;” seu ex
ver-

versione Latina in SENKENBERG. corp. iur. Germ.
tom. I. p. 103.: "Quilibet scire debet, quod,
,, si quis habeat feuda communia cum aliquo extra
,, familiam aut cum aliquo sanguine sibi iuncto,
,, etiam sine Imperatoris consenſu, quoctunque mo-
,, do diuisionem quod ad fructus celebrare possit,
,, quod si factum sit consentiente Imperatore, ma-
,, nent feuda apud condominos; Si vero diuicio-
,, nem plenam celebret secundum iura imperii in feu-
,, dis constituta, et aliqua pars deficiat, ad impera-
,, torem deuolutur, et is non succedit, qui antea
,, partem eius habebat, cum sit in iure imperii
,, definitum: Partem feudi diuisi ad imperium re-
,, uerti."

(d) De voce Mutschär legi possunt WEHNER
obseru. pract. voce Mutscharen p. 170., SCHIL-
TER glossar. Teuton. p. 620., WACHTER glossar.
Germ. p. 1109., HALTAWS. gloss. Germ. mediæ
aeni p. 1382. Exempla congesta vide in STRV
corp. iur. publ. cap. 31. §. 22. p. 1179. sq., ESTOR
diff. de terrar. partition. p. 44. sq.

(e) *Ius feudale Alemannicum* cap. 65. §. 1. 2.:
"Ein Herr mag vielen Brüdern ein Lehen leihen,
daß sie es mit gesampter Hand empfahen, und glei-
che Gewehr daran haben. Und wollen sie sich schei-
den mit dem Gute, und theilen es unter sich, das
thun sie wohl ohne des Herrn Urlaub. Wenn sie
aber das Gut unter sich getheilet; so hat ihrer kei-
ner nichts an des andern Gute. Und stirbt ihrer
einer ohne Lehnserben; so ist sein Theil dem

E 2

Herrn

Herrn ledig. &c." Quae iisdem fere verbis quoque occurunt in *iure feudali Saxonico* art. 34. Item *Auctor vetus de beneficiis* cap. I. §. 83. 84.: "Plures possunt uno in beneficiari beneficio, ita quod simul illud fusciant, et aequale ius in hoc habent, quamdiu simul manserint. Si autem volunt ab inuicem separari, absque licentia dominorum dividant inter se secundum libitum totaliter concessum beneficium. Sed postea illorum nullus in parte alterius aliquod ius habebit, quum alter obierit, nisi suscepit a domino expectationem in beneficio."

(f) Cum iis, quae modo ex legibus mediis aeuii allegata sunt, amice hic conspirant *diplomatums* eiusdem aeuii testimonia, veluti I) charta capituli *Mindenensis* a. 1304., in qua prouocatur ad "iura feudorum, quae volunt, ut feudum, quod vulgariter *Manghot* dicitur, post divisionem hereditatis per mortem feudatarii, non ad fratres, sed potius ad feudi dominum reuertatur." Scheidt vom Adel in *mantissa docum.* p. 289.; II) Diploma Balduini archiepiscopi *Treirensis* et Henrici de Helfenstein de a. 1314., quo illa ratione castri aliorumque bonorum huic in feudum datorum sequentem succedendi modum praescribit: "Semper primogenitus masculus in recta linea ipsius Henrici absque divisione aliqua facienda praeficiatur ipsius castro, et succedat in eodem cum villa et appendiciis memoratis. Si vero continget, quod possidens dictum castrum sine herede decedat, bonis suis aliis praedictis

inducatur

„*indivisis inter fratres suos, si quos habuerit ex parte patris, antiquior dictorum fratribus successum, dat in dicto castro: si vero sine herede proprii corporis, vel bonis diuisis, vt dictum est, moratur; ad archiepiscopum Treurensem, qui fuerit pro tempore, castrum memoratum et ad ecclesiam Treurensem reuertatur.*” HONTEIM hift. Treuir. diplom. tom. 2. p. 37. sq., BOEHMER l. c. p. 223. sq.

(g) Huc pertinent sanctiohes iuris feudalis Saxonici art. 21. et Alemanni art. 43. §. 2., quo utroque iisdem fere verbis statuitur: “*Es erbet niemand nicht ein Lehen, denn der Vater auf den Sohn.*” Cui conuenit testimonium Henrici DE SEGVSIO, vulgo cardinalis HOSTIENSIS († 1271.)

lib. 3. *summae de feudis.* n. 7. p. 770. : —

“*De consuetudine imperii non succedit, nisi filius descendens, et immo reuertitur feudum ad Imperatorem, et ipse confert, cui vult. Sic vidi, quando fui in Alemannia, per proceres indicari.*”

Conf. quoque *VULTEIVS de feud.* lib. 1. cap. 109. n. 105. p. 530.

§. 38.

Sin diuidentes mutuam inter se suos- nisi refer-
que posteros successionem retinere vellent; uaretur
necessarium erat, tum ut inter se de ea re commu-
conuenirent, tum ut domini directi adsen- nis ma-
tus accederet, eiusque rei in quiauis inuesti- nus;
turae renouatione memoria conseruaretur;

E 3 Quae

Quae est ratio *communis*, quam vocant,
manus, in feudo diuiso inter diuidentium
 posteros conseruatae, indeque natae Ger-
 manicae *simultaneae inuestiturae*, ges-
 sampter *Hand*, und *Sammtbelehnung* (a).
 Cuius originaria ex indole iccirco intelligi-
 tur, *collateralium* abhinc in feudo *succe-
 sionem* non habuisse locum ex agnatione at-
 que iure sanguinis, sed *ex sola* retenta
communi manu et *simultanea inuestitura*:
 adeo ut *collaterales* plane non succederent,
 nisi in *simultanea inuestitura* comprehensi;
nec proinde inter eos *proximus remotio-
 rem* excluderet, quin vel fieri etiam pos-
 set, ut *extraneus* plane *simultanee inuesti-
 tuta* ad *successionem* admitteretur. Eaque
*omnia licet iure feudali Longobardico ali-
 ter se habeant* (b), citra controuersiam ta-
 men *adhuc obseruanda* sunt, vbi a pristi-
 nis illis iuribus haud recessisse familias illu-
 stres constat (c).

(a) Insigne huius rei exemplum est in sequen-
 ti diplomate: "Omnibus praesens scriptum legen-
 , tibus Iohannes Dei gratia Saxoniae, Angariae,
 , Westphaliae dux, salutem in domino sempiter-
 , nam; tenore praefantium recognoscimus et in
 , publicum proferimus notionem, quod nos no-
 , bilibus dominis comitibus Holsatiae et Schom-
 , borch, Gerhardo, Iohanni, Adolpho, Woldemaro,
 , et

„et filiis domini comitis Henrici, bonae memoriae,
 „et eorum omnium veris heredibus perpetuo de
 „heredibus in heredes, totam terram Holsatiae et
 „Stormariae, vniuersum dominium domini comitis
 „Adolphi de Segebergh, de quibus erat lis et
 „disceptatio inter nos et dictos dominos comites
 „vtrobique, contulimus manu unanimi, quae
 „sambte Hand in vulgo dicitur, iure seu titulo
 „feudali, et non obstante eo, quod praecedentes
 „terrae et dominia, sine diuidantur, aut saltem
 „inter hos dominos comites manent indiuisa,
 „nihilominus cuicunque heredi dicti domini comi-
 „tis aut eorum heredes, aliquam partem terra-
 „rum et dominiorum praedictorum assignare et
 „diuidere voluerint, eidem conferimus iure feu-
 „dali, seruata et obtenta manu unanimi, sicut su-
 „perius est expressum. In quorum evidentiam
 „sigillum nostrum praesentibus est appensum.
 „Datum iuxta Hamborch et actum anno 1307. in
 „die sexta Mathei apostoli.” Vid. deduct. sub
 tit.: *Institia caussae Ranzouianae* (1714.) part.
 2, append. p. 8., BOEHMER l. c. p. 230. sq.

(b) II. F. 11., II. F. 31.

(c) Reichshofraths-Ordnung tit. 3. §. 12.:
 “In welchen Geschlechten, und in denjenigen Krey-
 sen, da die simultanea inuestitura hergebracht und
 im Gebrauch, dabey soll solche auch gehalten und
 derselben nachgelebet werden.” Conf. HORN *ius
feud.* cap. 12. §. 27. p. 323., ESTOR diss. de ter-
 rarum partition. p. 50. sq. Exempli loco notari

meretur, quod obseruauit NEVMANN *iur. priu. princ.* tom. 5. p. 220. §. 329.: Quum Maximiliani nus I. Imp. Henricum Mecklenburgicum pro se, fratribus et agnatis de ducatu Mecklenburgico inuestiret *in rechter gesampter Hand*, tabulis inuestiturae insertam fuisse clausulam postmodum sollicitate retentam; “dass, wenn die Herzoge gleich ihr Land unter sich getheilt hätten, oder noch theilen würden, solches an der gesammten Hand ihnen keinen Schaden bringen solle.”

§. 39.

III) In al-
lodiis ¹⁾
similiter
fieri pote-
rat diui-
sio tota-
lis,

Neque solum in feudis obtinuerunt haecce successionis principia, sed similiter etiam *in allodiis* olim id inualuit, ut eorum quoque diuisione posteriorum successio reciproca sublata censeretur, nisi diserte diuidentes sibi suisque posteris reseruarent condominium in bonis diuisis. Vnde *generatim* in familiis Germaniae illustribus *duplex* obtinuit *diuisio*, altera *totalis et plenaria*, vulgo *Todtheilung*, qua omnis diuidentium communio, ideoque et successio reciproca tollebatur; altera *minus plena*, qua possessio et usus quidem, non ipsa proprietas, diuidebatur, sed condominium vicissim referuato etiam successioni posteriorum reciprocae locus dabatur (a).

(a) Ex

(a) Ex instituto hoc argumentum tractauit
 Io. Ge. ESTOR diss. de terrarum partitionibus illu-
 strum Germanorum inter se, praesertim ea, quae
 vocatur *Todtheilung*, illarumque effectis, quod ad
successionem, Marb. 1746., vbi in primis notari me-
 retur excerptum ex Io. Ad. KOPPII *glossario MSto*
 sub voce: *Datteyle*, *Datteilonge*, ex quo, quae
 proferuntur ibi, medii aeui monumenta hic adpo-
 nere iuvat. Nimirum I) in diplomate a. 1280.
 apud Ioannis spicil. I. p. 312. sequentia occurunt:
 „Nos Gerlacus de Limburg dominus et pueri no-
 „stri, et Ludewicus de Jenburg, ac pueri nostri
 „notum facimus --- quod — — diuisionem
 „omnium honorum nostrorum, quae vulgo *datteil-*
 „*le* dicuntur, castro nostro Cleberg attinentium,
 „sic decreuimus ordinandam — — Datum et a-
 „etum anno Domini MCCLXXX.” Similiter II)
 in diplomate a. 1331.: “Wir Gottfrid, Herre zu
 „Eppstein; und wir Ulrich, Herre zu Hanau thun
 „kund --- daß wir --- unser Dorf Roda hant ge-
 „theilt -- mer han wir -- den Wald, den man heiset
 „Sporneygen getheilet, ein recht Toidtheil sc.”
 Denique III) in diplomate a. 1367. in SENKENB.
 select. tom. 2. p-39.: “Ich Wortwin Mor Edel-
 „knecht bekenne --- um solch Gut und Leben, die ich
 „han --- von Henrich Herrn zu Limpurg, --- daß
 „ich eine rechte Dateylunge überkommen und gehan
 „han --- mit minen Ganerben. sc.” ESTOR l. c.
 p. 8. Conf. quoque Christ. Henr. BREVNING diss.
 de eiuratione cognationis et familiæ ad legem Salici-
 cam tit. 63. (Lips. 1757.) cap. 4. pag. 16. sq.

§. 40.

qua facta In diuisione totali ne nominis quidem pariter familiae et *insignium* communio retinebatur; Vnde plures ab vno communi stipite oriundae stirpes perinde ac plures diuersae familiae considerabantur (a). Quumque propterea extincta vna stirpe altera plane non succederet; haud mirandum est, tot exempla medii aei occurrere, quibus vel ex hoc capite *filia remotioribus agnatis in successione preecessit* (b).

(a) Sic e. gr. Siegfriedi domini de *Runkel* filius primogenitus Siegfriedus idem nomen de *Runkel* retinuit, a quo comites de *Wied* originem ducunt; alter *Henricus* dominus de *Westerburg* plane alterius familiae sator habitus. *Joh. Jac. Reinhard's Ausführungen part. 2. p. 106. not. a.*

(b) Vide e. g. I) Responsum Tübinger apud Ferd. Chph. HARPPRECHT *de success.* part. 2. tract. 9. p. 728. sq., vbi tacitum pactum fideicommissi remissorum ex diuisione bonorum praesumendum contenditur, et ex ea ratione filiae comitis praerogativa in successione pree remotioribus agnatis tribuitur; II) casum praelatarum filiarum Saynensium pree agnatis Witgensteinensibus apud LUDOLF *de iure femin.* ill. part. 2. cap. 1. §. 12. n. 1. p. 65., ibique alleg. KLOCK tom. 1. consil. 7. n. 1002., LYNKER anal. ad *Struu. iur. feud.* cap.

cap. 9. aph. 8. n. 7.; III) alium eiusmodi casum
in BOEHMER *consultation.* tom. 3. part. 3. resp.
631. n. 31. p. 445.; denique IV) quae ex insti-
tuto tractat Joh. Jac. Reinhard von dem Erb-
folgsrechte der Tochter vor den Stammvettern,
Giess. 1746. 4.

§. 41.

Nouior aetas totalis diuisionis infre- Sed 2) et
quentiora reddidit exempla; sed inutilis ta- citra di-
men ideo haud est disquisitio, qualis olim uisionem
inter maiores hodiernarum vnius familiae alia,
linearum intercesserit diuisio. Quin in al- quam ex
tero etiam diuisionis genere, quod fre- iure
quentius nouiore aeuo obtinuit, ex pristi- Rom.,
no tamen iure hoc conseruatum est, vt, si collatera- est suc-
qua ad *collaterales* successio defertur, eius lium.
verum *fundamentum a pristina diuisione*
eique adiecta condonii reseruatione, non
a sola agnatione repetendum sit. Quare
quamdiu vnius diuidentis e posteris quis-
piam adest, nemo ex altera stirpe, licet
gradu vel maxime propior sit, ad *successio-*
nem peruenire potest; et vel vna stirpe ex-
stincta inter plures superstites lineas non
tam *successionem gradualem,* quam linea-
lem in stirpes obtainere, si non textui II.
F. 50. (a), certe principiis Germanicis,
conuenit (b); nisi qua familia illustris iuri
Ro.

Romano in hac re diserte locum cesse-
rit (c).

(a) II. F. 50.: "Si ille, qui feudum habet,
,,decesserit nullo filio relicto: an ad omnes, vel
,,ad quos perueniat? quaeritur. Respondeo: ad
,,solos, et ad omnes, qui ex linea sunt, ex qua
,,iste fuit. Et hoc est, quod dicitur ad proximi-
,,mores pertinere. Isti vero proximiores esse di-
,,cuntur respectu aliarum linearum; sed omnibus
,,hac linea deficentibus, omnes aliae lineae ae-
,,qualiter vocantur." Conf. Franc. HOTOMAN-
NI comm. ad libr. feud. p. 304. sq., VVLTEIVS
de feudis lib. I. cap. 9. n. 102. p. 522., n. 112.
p. 543., Fried. a SANDE ad Geldr. consuet. feud.
tit. 3. cap. 2. §. 8. oper. p. 88., Huld. ab EYBEN
elect. iur. feud. cap. 7. n. II. opusc. p. 575.

(b) Ge. Ernst Ludw. Preußchen rechtliche Aus-
führung, daß die Lehensfolge der Seitenverwand-
ten in theilbaren Lehen nach den Stämmen, und
nicht nach dem näheren Grade zu beurtheilen sey,
Frs. 1752. fol. Responsum den Rheingräflich
Dhaunischen Successions-Gall betreffend in meinen
ausgerlesenen Rechtsfällen part. I. p. 93. sq. Qua
in causa d. 20. Dec. 1764. iudicavit supremum ca-
merae imperialis iudicium: "daß beklagte Herren
Fürsten die nach Abgang des Rheingräflich Dhaun-
ischen Mannstamms angefallene und allhier ein-
geklagte Abteylich St. Maximinische Leben, als
auch derer dazu gehörigen Illodial-Orten mit den
Herren Klägern den zwey Hauptstämmen nach

zu zwey gleichen Halbscheiden abzuteilen schuldig."

(c) Sic e. gr. statutum legitur im Altenburgischen Hauptvertrage 1672.: — "dass die successiones in linea collaterali außer dem Fall concurrirender Brüder und Bruders-Kinder nach Ausweis der Erbverbrüderung und kaiserlicher gemeiner Rechte in allen Fällen nach Nähe des Grades und der Sippzahl geschehen sollen." LUDOLF de iure primogen. (1733.) post praef. E contrario in pacto Anhaltino d. 22. Jun. 1665. diserte cautum: Wenn eine Linie ausgehet, sollen alle drey andere Linien gleich erben. Beckmanns Anhalt. Chron. part. I. p. 506. §. 3.

§. 42.

Ceterum quamprimum plures vna ad II) Ad successionem in territorio admittuntur, ex missis pluribus pristina familiarum illustrium obseruantia aut com- aut in communione possessionis et usus munio, aut alter- nent, aut de alternatione inter se conuenient, aut alter- natio, aut diuisione diuicio denique ad diuisionem proce- fieri pot- dunt. Isque cunctis in casibus omnes et est. singuli eiusmodi successores non solum immediatatem antecessoris retinent, sed etae- que domini territoriales sunt, et, qua voti et sessionis in comitiis participes, status imperii.

CAP.

CAP. V.

DE ORDINE SVCCEDENDI
EX MAIORATV ET PRIMOGENITVRA.

§. 43.

Diuisioni, aliisque succedendi modis, qui-
opponi-
tur maio-
ratus, fe-
nioratus
vel pri-
mogeni-
tura,
bus successio ad plures deferri potest,
indeque oriundis incommodis *opponitur* al-
ter succedendi modus, quo *successio sem-*
per tantum vni defertur, isque generatim,
quatenus *maior natu* aliis praefertur, MA-
IORATVS dicitur. Cuius tamen *tres spe-*
cies sunt: 1) SENIORATVS, quando sem-
per is succedit, qui *senior aetate ex tota*
familia est; 2) MAIORATVS in specie sic
dictus, si *inter plures eiusdem gradus mo-*
do senior reliquis praefertur; 3) PRIMO-
GENITVRA, si semper *antegenitus* eius-
ue descendentes praferuntur postgenititis
eorumque posteris (a).

(a) Scripta de iure primogeniturae in genere
hic notari possunt potissimum sequentia: 1) Joh.
MEHLBAVM de iure primogeniturae, Helmst.
1611.; 2) Arn. ENGELBRECHT de successione in
electoratibus ex iure primogeniturae, Hal. 1614.;
3) Marq. FREHERVS de successione principum in
primogenitis et eorum heredibus, Hildeb. 1615.;
4) lac.

- 4) Iac. THOMASIVS diss. de iure primogeniti, Lips. 1657.; 5) Sam. REVHER de iure primogenitorum, Goth. 1666. 12.; 6) Ioh. Ioach. ZENTGRAV de praerogatiua primogeniti quoad successionem, Wittenb. 1668.; 7) Casp. QVESTELII discursus de primogeniturae vi. et conditionibus, Ien. 1671.; 8) Ioh. Phil. SLEVOGT diss. de iure primogeniturae et maioratus, Ien. 1694.; 9) Ioh. SCHVLZE de primogenitura, cui e geminis adiudicanda, Francof. 1695.; 10) Ier. SPITZ de successionibus ex iure primogeniturae, Altorf. 1669.; 11) Ioh. KLEIN de dubiae primogeniturae iure, Rost. 1697.; 12) Christoph. Lud. STIEGLITZ de immutabilitate iuris primogeniturae, Lips. 1699.; 13) Geor. Melch. de LVDOlf de introductione iuris primogeniturae, Ien. 1703. 4., edit. 3. ibid. 1733. fol. Conf. quoque supplementa in eiusd. Symphorem. consult. et decis. forens. tom. 2.; 14) Ioh. Friedr. HERTLING de iure primogeniturae principum Germaniae, Heidelb. 1711.; 15) Ioh. Ludou. WIEDERHOLDT diss. de praerogatiis primogenitorum illustrium, Herborn. 1714.; 16) Frid. Car. VOIT a SALZBURG de emolumentis territoriorum Germaniae ex iure primogeniturae descendantibus, Lips. 1718.; 17) Franc. Ge. Andr. HEILAND de successione secundum ius primogeniturae, Erf. 1734.; 18) Ioh. Sim. SEYFRID de iure primogeniturae consuetudine introductio, Marb. 1735.; 19) Io. Vlr. CRAMER de valida et invalida iuris primogeniturae abolitione, Marb. 1739.; 20) Ge. Wilh. WAGNER diss. de mutatione successionis in fami-

80 LIB. I. SVCCESIO. CAP. V. ORDO SVCC.

familiis illustribus, Gieff. 1740. quae praecedenti potissimum opposita; 21) Io. Gottf. BAVER diss. de primogenitura sine consensu superioris ordinata, Lips. 1753.; 22) Ge. Lud. BOEHMER diss. de ordine succedendi ex iure primogeniturae inter coinventitos in feudis imperii, speciatim in dynastia Schauen, Goett. 1765.

§. 44.

pro speciali cuiusque familiae dispositione.

Nec senioratui, nec maioratui in specie sic dicto in familiis Germaniae illustribus facile locus est, nisi ex plane speciali forte dispositione intuitu certorum bonorum iuriumue (a). Neque magis quidem *primogenitura* lege generali nititur, nec vel ea itaque, vbi speciatim haud introducta est, valet. Verum ex quo *aurea bullula* in electoratibus (b), et nonnulli in primis testatores illustres ab exitu seculi XV. inde in vniuersa familiae successione eam non sine fructu stabilierunt (c); exempla haec indies plures secutae sunt familiae illustres, ut hodie perpaucae supersint, quae non hoc iure vntantur (d).

(a) Mosers Staatsr. tom. 22. p. 450. sq.

(b) A. B. cap. 7. §. 2. 3. vid. supr. §. 26. c.
p. 33. CAPITVL. (1690. ex mon. Sax.) art. 1.
§. 2.: — “insonderheit auch die weltlichen
Chur-

Churhäuser bey ihrem Primogenitur-Rechte, ohne dasselbe (omiss. 1711.: wider die Gebühr) restri-
giren zu lassen, besage der G. V., sonderlich des
13. Titels — lassen ic.

(c) Primum forte locum hic meretur disposi-
tio Alberti Achillis electoris Brandenburgici de
a. 1473. Mosers Staatsr. tom. 12. p. 507. sq.,
tom. 13. p. 422. §. 4.

(d) Mosers Staatsr. tom. 13. p. 429. sq.

S. 45.

Vi huius primogeniturae iuris nunc *or.* Specia-
do succedendi satis certus est, vt in suc- tim ex
cessione descendentium semper primoge- primoge-
nitus eiusque posteritas excludat omnes nitura 1)
postgenitos, et in successione collateralium successio-
linealis est; similiter non solum ipse antegenitus quis-
que, sed et ab antegenito qui descendit,
omnem postgenitum vel a postgenito oriundum excludat; adeo vt numquam postgenitus
vel a postgenito oriundus ad successionem
peruenire possit, quamdiu antegenitus
vel ab antegenito oriundus adest. Quare
quum et antegeniti cuiusque posteritas, ceu
linea antegenita, praecedat omnia postge-
nitis oriundae posteritati, ceu lineis postge-
nitis

F

nitis; speciali sensu LINEALIS SVCESSIO ex primogenitura obtinet (a).

(a) Comparari possunt de hac successione lineali scripta occasione successionis Palatinae sequentia: 1) Ioh. Wolfgang. TEXTOR diss. de successione ex linea, Heidelb. 1685. et in eiusd. *Dissert. part. I.* p. 418.; 2) Ioh. SCHILTER *commentatio ad libri II. consuetudinum feudalium tit. 50. de natura successionis feudalibus, in qua linealis quoque successionis origo atque usus in foro Germanico successione exponitur*, Argent.; 3) Ioh. Wolfgang. TEXTOR *succesio linealis per se et in electoratibus imperii secularibus ex 2. F. 50. et aurea bulla Caroli IV. imp. nec non eiusdem et Sigismundi Imp. bullis specialibus defensa atque declarata*, Francof. 1698.; 4) Idem liber cum notis Ioh. SCHILTERI, huiusque mantissa ad *commentationem denatura succ. feud.*, Argent. 1699.; 5) Ioh. Wolfgang. TEXTOR *mantissa pro successione lineali mantissae impugnanti opposita*, Francof. 1699.; 6) Eadem mantissa cum notis SCHILTERI in huius tractatu *de paragio et apanagio*, Argent. 1701.; Add. 7) Frid. Vlr. PESTEL diss. *de iudice in dubia successione lineali et graduali principum*, Rint. 1719.

§. 46.

2) Ad pri-
mogeni-
tum fo-
lum o-
mnia red-
eunt,
cun-

Quicumque iure primogeniturae suc-
cedit, *situs* in territorio vi iuris illius ad se-
delato dominus territorialis, seu princeps
regens est, (der einige regierende Herr),

cunctaque territorio et familiae adnexa iuria solus obtinet; exclusis omnibus postgenitis aut postgenitorum posteris. *Dignitatem* tamen *familiae postgeniti* *retinent*, eique ut conuenienter viuere possint, iis prospici debet.

§. 47.

Qua in re primi hodiernae primogeniturae au^ttores, analogiam potissimum *modo 3)* vii prospicia. dualitii secuti, hunc fere modum seruatur postgenitis, runt, vt aut certas terras postgenitis in vnde vi- vsum darent, aut reditus solum annuos il- uere pos- fiant. lis constituerent, qui in pecunia numerata potissimum, seu partim quoque *in natu-* ralibus consistere solent; Generatim vero id, quod postgenitis, vt pro dignitate viuere possint, adsignatur, vocari solet eorum deputatum, item Unterhalt, Alimenten-Gel- ver, Absindung &c. Eoque in definiendo suas quisque vires ceterasque familiae cir- cumstantias potissimum consuluit; deinde vnuus alterius exempla in suo quisque ordi- ne, vt fieri solet, secutus (a).

(a) In genere huc pertinent sequentia scri- pta: 1) Ge. Henr. SPRINGSFELD *de apanagio*, Erf. 1641. Brem. 1664., 2) Wilh. LEYSER *de apanagio*, Wittenb. 1663. item in Ahasu.

84 LIB. I. SVCCESSTO. CAP. V. ORDO SVCC.

FRITSCH. exercit. iur. publ. part. 3. p. 425., 3)
 Ioh. Melch. HOFMEISTER de iure apanagii, Argent. 1670.; 4) Wern. Theod. MARTINI diss.
 de apanagio, Wittenb. 1684., 5) Henr. Coc-
 CEIVS de successione apanagii, Ultraiect. 1690. in
 eins dissert. vol. I. n. 73. et in MEIERI corp. iur.
 apanag. p. 210., 6) Loth. Sigism. A MINK-
 WITZ de paragio, Wittenb. 1697., 7) Ioh.
 SCHILTER de paragio et apanagio, Argentorat.
 1701., 8) Ioh. Nic. HERTIVS de commentitia
 apanagii et paragii distinctione in Rom. Germ. im-
 perii principatibus profanis et comitatibus. Gies.
 1709. in eius opusc. vol. 2. tom. 2. p. 59., 9)
 Ioh. Henr. BOECKLER diss. de iure primogenitu-
 rae et apanagii, Argent. 1712., 10) Ioh. Aug.
 DE BERGER ius apanagiale, siue disquisitio de
 statu principum et comitum in Germania apana-
 giatorum immediato huiusque origine, natura, ef-
 fectu. Lips. 1725., 11) Ioach. MEIERI corpus
 iuris apanagii et paragii, Lemg. 1727. fol. in quo
 praeter editoris commentationem de apanagii et
 paragii antiquitate et utilitate reliquae haec tenus
 recensitiae scriptiones collectae sunt; 12) Fried.
 GÜRTLER diss. de apanagiatis, in primis imperii
 principibus, Basil. 1727., 13) Lebr. Wilh. Henr.
 HEIDENREICH exercitatio de iuribus, praefer-
 tim vero iurisdicione et imperio, principum im-
 perii apanagiatorum in ministros et officiales in ter-
 ritorio principis primogeniti et regentis. Erf. 1736.,
 14) Ioh. Iac. MOSER diss. de legitima S. R. I. fla-
 tuum liberorum utriusque sexus. Francof. ad Viad.
 1738. 15) Opusculum meum de augendo apana-
 gio

gio auctis redditibus natu maximi filii, penes quem imperium est, vulgo primogeniti regentis; cum praefat. Ioh. Adami KOPP de incongrua adplicazione paragii et apanagii improprii ad familias Germanorum illustres. Ien. 1745. 4.

§. 48.

Romani iuris **LEGITIMA** reuera nullo Qua in modo huic instituto quadrat; nec tamen ^{a)} nec legitimae impediri potuerunt ICtri ad condenda pri- locus est, mogeniturae statuta adhibiti, quo minus passim et *nomen legitimae* adhiberent, et vel *proportionem* eius ante oculos habere praetexerent, et denique *honorabilem institutionis titulum* interponere simularent; quae reapse tamen omnia absonta et incongrua hic sunt, recteque proinde negliguntur.

§. 49.

Alii, quum exterorum ICtorum opera consulerent, reperto in iis **APANAGII** nec de- strinae de para- nomine delectati, haud difficulter effec- gio et a- runt, ut fere tota Germania delicias illas *panagio*; peregrini nominis adoptaret(a). Quum- que deinde in re ipsa tamen non omnia sa- tis conuenire deprehenderent, alii ad di- stinctionem *apanagii proprii* et *improprii*,

F 3

alii

alii ad differentiam *apanagii* et *paragii* plane confugerunt; adeo denique plerique tantum non omnes a simplicitate instituti mere Germanici aberrantes, ut omnino necessarium sit postliminio in hanc viam reuertere (b).

(a) Conf. e. gr. I. P. O. art. 4. §. 12.

(b) Huc pertinet singularis controuersia enata post editum **HERTII** libellum, allegatum supra ad §. 47. num. 8., quem scilicet infecuta sequentia scripta: 1) Christ. **THOMASII** f. *respond.* Ephr. **GERHARD** *vindiciae distinctionis inter paragia et apanagia*, Hal. 1700., 2) *Epistola amici ad amicum occasione duarum dissertationum etc.* (**Herthii** et **Thomassii**.) 1710., 3) Ioh. Henr. **LOMBARDI** *trutina trium quaestionum controuersarum: 1. an principes paragiati sint status imperii? 2. an commentum sit distinctione inter paragium et apanagium? 3. an comitatus inferior Cattimelibocensis principibus Hasso-Rheinfelsibus in paragium vel apanagium datus sit?* Frf. et Lips. 1710., 4) *Discipuli Hertiani Discussio atque castigatio vindiciarum distinctionis inter paragia atque apanagia, quas contra I. N. Hertii Icti dissertationem publicauit M. E. Gerhard.* Accesserunt nonnullae animaduersiones in I. N. Lombardi *trutinam* trium quaestionum etc., 5) Ephr. **GERHARDI** *libellus revisionis, obscuru iudici, qui ill. Hertiano nomine abusus est, et de vindiciis Halensibus distinctionis*

Etionis Schilterianae inter paragium et apanagium non rogatus sententiam tulit, pro impetranda emendatione sententiae oblatus, Freyst. 1710., 6) Ioh. HOECK epistola ad I. H. Lombardum, qua contra eum probatur, *P. H. R. inter statu imperii collocari non posse*, simulac eius, quibus dominus Hasso-Casselanae superioritatem et dominium solitarium mutilare conatur, in trutina prolata argumenta, refutantur, 1711., 7) Ioh. Henr. LOMBARDII autoschediasma ad epistolam Io. Hoeck vt et recepisse ad animaduerfiones obscuri iudicis, seu discipuli Hertiani. 1711., 8) Ioh. Iac. WAHLIANI discipuli Hertiani, epistola, qua pro communicatione recepisse I. H. Lombardi, nec non libelli revisionis a vindice Hallensi oblati gratias persoluit, suamque de hisce duobus scriptis mentem declarat. 1711., 9) Ioh. Iac. HOECK vindiciae epistolae ad I. H. Lombardum aduersus autoschediasma, quibus non modo sustinetur, sed et ab obiectionibus nouiter prolatis liberatur *P. H. R.* neque inter statu imperii recte referri, neque dominos Hassiae et participes superioritatis Hasso-Casselanae salutari posse, 1711., 10) Ioh. Henr. LOMBARDII duplicatio ad copiam epistolae Wahlianae eiusque appendicem, nec non ad animaduerfiones Wahlianarum in trutinam trium quaestionum, vt et ad vindicias autoschediasmatis Hoeckii filii diuulgatas, in puncto paragii et apanagii, seu von abgerheilten und abgesundenen Herren.

§. 50.

b) ini-
gnes au-
tem con-
trouerfiae
oriri
solent;

Difficillimae in primis *controuerfiae* exortae sunt, vbi deputatum postgenitis non in annuis solum redditibus, sed *in ter- rarum possessione* constitutum est. Huic enim quum adnexa vt plurimum varia iura sint, superioritate nihilominus soli principi regenti reseruata; quotidiana oriri solent *collisiones iurium*, quae ad superioritatem et quae ad deputatum pertinent, quorum posteriorum ad exercitium *consiliarios* qui-dem et *cancellariam*, non regimen postgenitis habere permittitur (a). Quod ad ipsa iura attinet, potissimum ex cuiusque familiæ legibus iudicandum, an cui *singula iu- ra*, an *complexus iurium* dentur; deinde *in deputato* omnino *principalis* semper *finis* respiciendus, vt iis, quae *ad usum* per-tinent, praesertim contineatur; nec tamen ex altera parte *principia regalitatis* intui-tu postgeniti perinde ac *intuitu priuato-rum* recte adplicantur.

(a) LVDOLF de iure primog. part. spec. §. 12.
n. 20. p. 69., BERGER supplem. ad electa dis-
cept. forens. part. 2. p. 1732. sq.

§. 51.

§. 51.

Alia quaestio subinde oritur *de augen-* interalia
do apanagio auctis primogeniti redditibus, super au-
 quale quidem apanagii augmentum satis gendo
aequum est, si augmentum reddituum sine minuen-
primogeniturae iure etiam postgeniti parti-
cipaturi fuissent, nec tamen omnino pro-
portionem auctorum reddituum sequitur,
si iam antea pro dignitate familiae postge-
nitis, quantum satis, prospectum fuit.
Contra insigniter imminutis primogeniti
facultatibus etiam apanagium imminui ea-
dem aequitas postulat (a). *Decedentium*
postgenitorum apanagia emolumento ce-
dunt primogenito, nisi specialis forte lex
familiae reliquis ea postgenitis ad crescere
jubeat (b).

(a) Compara, si lubet, quae ex instituto scri-
 psi in libello allegato supra ad §. 47. num. 15.

(b) COCCII deduct. tom. I. p. 906. n. 47.,
 HEINECC. consil. 108. p. 587., Cramers Nebenst.
 part. 21, num. 4.

§. 52.

Ad introducendum ius primogenitu- Supereft
 rae per obseruantiam *confirmatio caesa-* 4) quo-
rea requiritur, eaque occasione, an post- modo in-
 genitis satis prospectum sit, merito omni tur pri-
 mogeni-
 circumspetione disquiri solet. Ipsa intro- tura?
 ductio

F 5

ductio autem fieri aliter nequit, quam aut pacto plurium sui iuris agnatorum, aut dispositione capitnis familiae vel stirpis pro suis cuiusque posteris, quorum tamen si iam plures adsunt, multo difficilior res est, quam nondum aut non plus vna suscepta prole mascula.

§. 53.

et 5) qui-
nam reli-
qui eius
effectus
sint?

Ad effectus introductae primogeniturae inter alia etiam *praecedentia primogeniti* prae postgenitis linearumue postgenitarum agnatis natu majoribus pertinet. Ceteroquin tamen *immediati* hi omnes manent, et sub iurisdictione caesarea constituti, nec *iure Austraegarum* minus quam primogeniti praediti (a); licet intuitu eorum, quae in ipso territorio possident, speciale simul forum rei sitae et landsassatus, uti et forum contractus, arresti, delicti cert. sortiri possint.

(a) Comparari hic possunt: 1) Franc. Adolph. BLESEN diff. de *iurisdictione principis regentis in fratres apanagiatos*, Giess. 1746., 2) Ioh. Fried. WAHL diff. de *sententiarum summorum S. R. I. iudiciorum contra principes apanagiatos exsecutione*, Goetting. 1749.

CAP.

CAP. VI.

DE COMPOSITA
COMPLVRIVM FAMILIARVM
SVCCESIONE HODIERNA.

§. 54.

Tam vniuerse quidem in familiis Germaniae illustribus successio primogenitura obtinet, ut indies rariora 1) ex pri- fiant diuisionis aut communionis aliusue suc- mogeni- cedendi modi exempla (§. 44.). At fieri uisione; tamen 1) potest, ut *primogenitura* non plane vniuersalis, sed *intuitu certarum modo terrarum* obtineat, *in reliquis post-* geniti succedere possint; veluti quae initio erat *primogeniturae electoralis ratio*, quippe quae *in ipsis modo terris electoribus*; non aequa in reliquis obtinebat. Similique ratione contigit e. g. *in familia Brandenburgica*, ut lineae postgenitae *in terris Onoldinis Baruthinisque* succederent, *in reliquis omnibus sola linea primo-* genita.

§. 55.

Quumque II) in plerisque familiis illu- 2) alia ge- stribus nouiore demum aeuo primogenitu- neralis ra successio familiae,

alia specialis cuiusque libri
introductione sit, posteaquam iam dudum
antea terrae inter plures stirpes diuisae fuerant;
harum quaeque ut plurimum sigillatim ac seorsum primogenitaram demum
introducederunt, ceu ordinem succedendi
specialem abhinc in quavis stirpe obseruandum,
eumque probe icirco distinguendum a modo succedendi generali,
qui intuitu totius familiae plurimumque eius
stirpium inter se adhuc diuersa plane ratio ne obtinere potest.

§. 56.

Denique III) haud raro contigit, vt e
3) alia vniuersaliter, alia particulare, alia certiora.
pristinis eiusmodi diuisionibus indiuisue
relinquerentur nonnullae terrae redditusue
aut iura, diuisu forte difficiliora, certoue
fini dicata. Qua ratione adhuc inter plures
stirpes vnius familie, quarum quaeque alias hodie primogenitaram obseruat,
haud infrequenter deprehenditur 1) communio certorum bonorum, reddituum, iuriuumue,
veluti metallifodinarum praesertim, academiarum, curiarum feudalium,
ordinum comitorumque prouincialium,
iudiciorum aulicorum, et quae sunt reliqua. Quin passim 2) etiam senioratui si
ue

ue *maioratui*, et vel *minoratui* ea ratione singularia bona iuraque tributa sunt (a); nec 3) denique *alternationis* eiusmodi de sunt exempla (b). Quae tamen omnia ad modum succedendi particularem spectant, a successione, quae vniuerse in familiis illustribus obtinet, caute distinguendum.

(a) Conf. 1) Ern. CREGEL diss. *de maioratu*, Altorf. 1658., 2) Fried. Lud. com. in SOLMS diss. *de maioratu*, Lips. 1729., 3) Ioh. Vkr. CRAMER diss. *de minoratu in familiis illustribus*, Marb. 1738.

(b) Conf. Ioh. Phil. SLEVOGT *de alternatione*, vulgo *Mutschierung*. Ien. 1691.

CAP. VII.

DE SUCCESSIONE
FEMINARVM ILLVSTRIVM
POST EXSTINCTAM STIRPEM
MASCVLAM.

§. 57.

In qualicumque succedendi ordine quam- Successio diu stirps mascula a primo acquirente feminæ alia est oriunda continuatur; de successione filia- tota gene- rum illustrium nulla quaestio est. Quam- te, alia pri- exstincta,

primum vero stirps mascula deficit, si quidem I) tota gens cum ea extincta est, feuda quidem mere masculina ad dominum directum eumue, qui legitima ab eo exspectatua praeditus est, transeunt; in reliquis autem familiae bonis ius succedendi nunc feminineae stirpi aperitur. Si II) vien modo lineae stirps mascula decedit; feuda quidem bonaue auita ad reliquos agnatos ab eodem primo adquirente oriundos, modo diuisio forte totalis olim facta aut omissionis communis manus haud obstat (§. 37. sq.), exclusis filiabus extinctae stirpis, transeunt. In mobilibus autem et nouiter acquisitis extinctae lineae nunc pariter filiabus huius stirpis successio competit. Vnde duplex propriæ feminineae successionis genus est, siue tota quadam gente, siue una dumtaxat stirpe extincta.

§. 58.

I) Utroque casu que quaeritur
1) an filia prima eaque difficillima quaestio est, cui primum inter plures posteros feminineos successio deferenda sit (a). Quae licet nec legi generali, nec per obseruantiam unifornem decisa sit, ex analogia tamen recte sic resolui videtur, vt, iure licet succendi iam omnium aequali, ordo tamen succendi

dendi ab ultimo defuncto repetendus sit (§. 19.), ideoque *filia ultimi defuncti* aliis omnibus merito praferatur (b). Nec enim principia aliarum sub conditione resolutiua factarum renunciationum hic recte adplicantur (§. 25.), nec reseruatio renunciationibus adiici solita contrarium operari potest (c).

(a) Pertinent huc in primis sequentes scriptiones controuersae : 1) Henr. Christ. SENKENBERG demonstratio *filiam ultimi gentis suae in regnis et principatibus priuatiue succedere*, Goetting. 1736. denno posthaec edita sub tit. *de successione filiarum*, Gieff. 1742., 2) Ioh. Vlr. CRAMER diss. qua iura genuina de *renunciationibus filiarum, clausulis successionis reseruatiis harumque valore vindicantur*, Marb. 1736., 3) H. C. SENKENBERG disquisitio vltior *de iure succedendi proximioris feminae illustris p̄ae remotiore*, Goetting. 1737., 4) Ioh. Vlr. CRAMER diss. *de vero ordine succedendi seminarum secundum ius primo-geniturae*, Marb. 1742.

(b) Compara, si lubet, quae exposui in den auserlesenen Rechtfällen part. 3. resp. 99. p. 817. sq., et in deductione sub tit. : *Ungrund der Negredient-Erbshaft, welche am Reichshofsrath gegen die Gräflich Limburgischen Allodial Erben eingeklaßt werden wollen*, 1767.

(c) Ob-

(c) Obseruatu dignum est, post renunciatum, quae iam ab a. 1214. inde reperiuntur, exempla (§. 25. b.) primum, quod inueniri hucusque potuit, clausulae referentiuae exemplum occurrere in pacto quodam Austriaco a. 1332. BOSTEL diss. de orig. renunc. filiar. illustr. append. p. 4., meine jurist. Encyclop. p. 231.

§. 59.

Vltimo defuncto improli e reliqua feminea progenie succedendi praerogatiuam habet, aut cui primogenitura fauet, quantum hoc ius etiam hunc in casum obtinet, defuncto aut qui alia ratione vltimo defuncto pro improli? pior est, pro eo, qui antehac in familia viguit, successionis ordine, siue ex gradus praerogatiua, siue in stirpes, semper tamen respectu vltimi defuncti habito; eademque ratione abhinc continuatur successio.

§. 60.

MEx-
stincta
modo
vna stirpe
eius filia-
bus est
hereditas
mobilia-
ris;
do stirpem masculam extinctam praecipua est cura separandi feudum ab allodio (a), quo posteriore nomine tum nouiter adquisita huius lineae, cum speciatim mobilia territorio non adnexa nec fideicommisso obstricta comprehenduntur. Vnde et generatim

ratim *hereditas mobiliaris* ea vocari solet,
eaque optime sic definiri posse videtur, ut
sub ea comprehendatur, quidquid ita com-
paratum erat, ut ultimus defunctus per
modum ultimae voluntatis de eo disponere
potuisset (b). Contra non *feuda* solum,
sed et *allodia* *autia*, amborumque et *per-*
tinentiae perpetuo territorii usui destinatae,
et *meliorationes*, et *fructus* ultimi anni
ad agnatos transeunt (c).

(a) Conf. Chr. Gottfr. HOFMANN diss. *de iu-*
re separandi allodium a feudo, Viteb. 1727.

(b) Car. Aug. ab VFFEL diss. *de hereditate*
mobiliali personarum illustrium, Ien. 1740.

(c) G. L. BOEHMER princip. *iuris feud.* §.
53. et 494. ibique alleg.

CAP. VIII.

DE SVCCESIONE
IN TERRIS GENTIS EXSTINCTAE,
NON SVPERSTITE AVT SVCCESIONIS
INCAPACE STIRPE FEMINEA.

§. 61.

Si quando e postoris primi adquirentis ne-
mo supereft, iure succedendi praedi- Exincta
gente D
G feuda a-
tus,

periuntur domino, nisi adsit expectatio.

tus, siue iam tota gens extincta, siue superstes stirps feminea successionis incapax sit; terrae feudales reuertuntur ad dominum directum, a quo aut alteri vasallo ex noua gratia reinfeudantur, aut consolidantur cum dominio directo, nisi qua iam expectatiua in hunc casum data fuerit. Imperatorem in specie iam dudum leges monuerunt, ut feuda aperta in domanium imperii conuerteret, ideoque nec expectatiuas sine consensu electorum concederet, quin ab a. 1711. inde nec sine consensu principum, comitum, cet., si de principatu seu comitatu ageretur (a).

(a) CAPITVL. (1519.) art. II. §. 10. II.:
 "Wenn auch inskünftige Lehen dem Reiche (add. 1658.: durch Todesfälle oder Verirrung) eröffnet und lediglich beimfallen werden, so etwas merkliches ertragen, als (add. in perpet. et 1711.: Churfürstenhümer,) Fürstenhümer, Grafschaften und Herrschaften, Städte u. d. g., die sollen und wollen wir, (perpet. et 1711.: die Churfürstenhümer ohne des churfürstlichen collegii, die Fürstenhümer, Graf- und Herrschaften, Städte u. d. g. aber, ohne der Churfürstlichen, Fürstlichen, auch (wenn es nehmlich eine Reichsstadt betreffen thut,) Städtischen collegiorum) Vorwissen und Consens ferner niemanden leyben (add. 1619.: auch niemand einige Expectanz oder Anwartung darauf geben);

geben); Sondern zu Unterhaltung des Reichs,
unser und unserer nachkommenden Könige und Kays-
er behalten, einziehen und incorporiren."

* Conf. 1) Ioh. Iac. MASCOV diss. de *exspectatiis in feudis imperii*, Lips. 1719., 2) Ioh. Gottfr. FRIEGLER de *limitata imperatoris potestate in concedendis exspectatiis in feuda imp. maiorum*, Argentor. 1750., 3) Car. Fried. de BEVLWITZ de *consensu electorum ad concedenda feuda imp. tempore Rudolphi I. Imp. in usum veniente*, Francohus. 1753.

§. 62.

In allodiis et vel in feudis accedente domini directi consensu eumdem cum expectatiis effectum habent pacta confraternitatum inter duas pluresue familias in fraternita (a). Quorum antiquioribus confirmatio caesarea generalis ex capitulatione Leopoldina vindicatur (b). Ab a. 1711. inde singulorum eiusmodi pactorum confirmationem peti oportuit (c).

(a) Conf. in genere de hoc arguento: 1) Dom. ARVMAEI diss. de *confraternitatibus, confederationibus et pactis successoris principum et illustrium familiarum*, Ien. 1614. in eius *discurs. iur. publ. Vol. 1.*, 2) Helf. Vlr. HVNNIVS de *confraternitate*, Giess. 1619. in *diss. Basil. Vol. 1.*

100 LIB. I. SVCESSIO. CAP. VIII. IN TERRIS

n. 16. et in HAMPEL *nucl. discurs. iur. publ.* p. 722.; 2) Bened. CARPZOV *diss. de pacto confraternitatis Saxo-Hassiacae*, Lips. 1647.; 4) Ioh. Volkm. BECHMANN *diss. de confraternitatibus illustrium familiarum in ciuitate Germanorum*, Len. 1666. 5) Nic. MARTINI *diss. 2. de succeſſione principum aliarumque personarum illustrium patitia per confraternitatem*, Kil. 1672., 6) Henr. Ant. SPEIRMAN *de iuſtitia confraternitatis publicae*, Arg. 1678.; 7) Henr. BODINVS seu potius, qui verus auctor est, Diet. Herm. KEMMERICH *de pacto confraternitatis Saxonico-Brandenburgico-Hassiaco*, Hal. 1718.

(b) CAPITVL. LEOP. (1658.) art. 6. in f.
“Wir wir denn auch die vor diesem unter ihnen, (den Churfürsten) den Reichs-constitutionibus gemäß gemachte vniōnes gleichergestalt, zuförderst aber die unter Churfürsten, Fürsten und Ständen aufgerichtete Erbverbrüderungen hiermit confirmiren und approbiren.”

(c) CAPITVL. CAR. VI. (1711.) art. 1. §. 9.
“Sollen und wollen auch Churfürsten, Fürsten und Ständen die vor diesem unter ihnen, den Reichs-constitutionibus gemäß gemachte vniōnes, zuförderst aber die unter Churfürsten, Fürsten und Ständen aufgerichtete Erbverbrüderungen — auf gebührendes Ansuchen ohne Weigerung und Aufenthalt in beständiger Form confirmiren sc.”

§. 63.

§. 63.

Sin nec a primi adquirentis posteris et disponitio vltimae quisquam supereft, nec extraneo ius est mihi gentis ex pacto confraternitatis; *vltimus gentis tis.*
suae de allodiis libere disponere, pacifici ac testari potest, eiusque cum morte alioquin cessat omnis bonorum auctorum seu fidei-commissaria qualitas (a).

(a) Conf. Sam. Fried, WILLENBERG *de iuribus vltimi gentis suae*, Ien. 1735. 4.

§. 64.

Quoties itaque aut feudum apertum iterum consolidatur, aut reinfeudatur, aut succeſſio vi exspectatiuae pactiue confraterni tio feudi ratis ad extraneum peruenit, superstite ab allodio prole feminea aliquę vltimi gentis herede alodiali; separatio iterum feudi ab allodio necessaria est (§. 60.).

C A P. IX.

DE SVCCESIONE ADSCENDENTIVM
ATQVE COGNATORVM,

§. 65.

Ex omni hactenus descripta succedendi Successio ratione iure sanguinis nemo ad successum adscendentium

G 3

fio.

^{x) pater-} sionem vocatur, nisi *praemortuis* iam *ad-*
^{norum,} *scendentibus*, qui iam antea successerant,
 aut, si vixissent, succedere poterant; nisi
singas patrem superstitem cedere possessio-
 nes suas filio, quo casu si filius improles de-
 cesserit, omnino pater quasi postliminio
 ad hereditatem luctuosam non potest non
 admitti (a).

(a) Conf. II. F. 14., et II. F. 49.

§. 66.

^{a) mater-} Quod ad *adscendentes* attinet, *quorum*
^{norum et} *e parte successio* *baud delata* fuit, veluti
^{II) co-} *matrem* eiusque maiores in bonis paternis
^{gnato-} et auitis, quum a primo adquirente non
 descendant, nec successionis capaces sunt,
 nisi aut ex dispositione *vltimi gentis*, aliaue
 ratione, qua et quilibet extraneus suc-
 cedere potest, aut ex eo demum capite, quod
in bonis vltimi gentis, nulla eius disposi-
 tione, nec anteriore pacto successorio exsi-
 stente, in subsidium successio iuris com-
 munis obtineat. Qua ratione etiam *cogna-*
torum successioni locus esse potuerit.

CAP.

C A P. X.

DE OBLIGATIONE SVCCESORIS
EX FACTIS ANTECESSORIS. *

(*) Generatim hic comparari posunt 1) Fried.
GERDES de obligatione successorum, Gryphisw.
1682. in eiusd. operib. tom. 2. p. 636., 2) Paul
BERGMANN de naturali obligatione successorum ex
facto antecessorum summam potestatem in republica
habentium, Helmst. 1684., 3) Henr. COCCEIVS
de obligatione successorum, Heidelb. 1685. in ei.
disput. Vol. I. n. 62., 4) Casp. Matth. MÜLLER
de obligatione successoris feudalis ex facto anteces-
soris, Rost. 1692., 5) Georg. BAYER *de obliga-*
tione successoris illustris, Wittenb. 1714. in opus.
p. 326., 6) Ioh. Pet. a LVDEWIG *de obligatio-*
ne successoris in principatus et clientelas, Hal. 1714.
in opusc. misc. tom. I. p. 539., 7) Iust. Georg.
CHLADENIUS de obligatione ex facto praedecesso-
ris, Wittenb. 1725., 8) Ioh. Mich. RVDELL
de successore in regimine, Altorf. 1727., 9) Cor.
Oth. RECHENBERG progr. *de obligatione successo-*
ris in administranda republ., Lips. 1734., 10)
Deduction, daß ein successor in principatu die
Schulden des antecessoris zu bezahlen nicht schuldig
sey, in *PISTORII amoenit. part. 3. p. 795. seq.*,
11) Zweyer berühmter Rechtsgelehrten Erörterung
der Frage: ob ein Landesherr seiner Vorfahren
Schulden zu bezahlen gehalten sey? 1752.

§. 67.

Obligatio
succes-
sori*I*) in
iis, quae
ab ante-
cessore
domino
territo-
riali fa-
cta;

Successor in territorio, quicumque de-
mum fuerit, ea, *quae antecessor tamquam
dominus territorialis* legitime in vim obli-
gandi perpetuam peregit, indistincte praef-
stare tenetur; adeoque *conventiones terri-
toriales* cuiuscumque generis rite conditas,
(veluti pacta cum ordinibus provincialibus
inita, vel cum vicinis, veluti recessus limi-
tum, quin et aes alienum ab ipso territorio
sub auspiciis principis contractum), item
priuilegia aliasue concessiones legitime im-
petratis, non magis, quam ipse anteces-
sor, reuocare potest (a). *Pecario vel vi-
tio* impetrata, vel *ad tempus* concessa reuocari
posse, non ex iure successoris, sed ex
natura rei repetendum est (b).

(a) Struben rechtl. Bedenk. tom. I. p. 1. 267.

(b) Strube l. c. p. 3.

§. 68.

II) in iis,
quae
principi-
bus cum
priuatis
commu-
nia sunt,
si aliis

Similiter in obligationibus, *quae etiam
cum priuatis communes* principibus esse
possunt, successori in territorio incumbunt
omnia, quibus successor *feudalis* stringitur,
veluti *quae in rem feudi* vel successoris ver-
sa, aut *cum consensu successoris* contracta,
aut

aut quae generatim ex conditione cuiusque familiae illustris praestari *necessaria* alius sunt, veluti impensae funeris, vidualitia, apanagia, dotes, item salario officialium cet.; ita tamen ut, si alius in feudo, alius in allodio successor, exceptis iis, quae in rem versa, ille tantum in subsidium, excusso demum allodio teneatur; adeo ut generatim, quae ex fructibus feudi seu ex redditibus territorii soluenda erant, hoc casu massae hereditatis allodialis iure meritoque decendant (a).

(a) Struben rechl. Bedenken tom. I. pag. 6.
145. 237. 238. sq., tom. 2. p. 13. seq.

§. 69.

Successor autem in feudo, qui simul ⁽²⁾ si unus idemque successor in allodio et *heres defuncti* est, in feudo huius factis et aere alieno indistincte strin- gitur; nisi aut repudiet allodium, aut hu- ius hereditatem *cum beneficio inuentarii* filius. adeat. Solum *filio successori* hoc utrumque beneficium negatur ex textu II. F. 45. (a); at facta tamen in praetudicium iuris ex pacto et prouidentia maiorum quaelesti nec filios stringunt; nec iniquum est absoluui filium ab aere alieno a patre citra omnem necessitatem et utilitatem territorii et fami-

G 5 liae

liae contracto, si nihil plane bonorum ab eo
relictum est, in quo heres eius esse possit
filius (b).

(a) II. F. 45.: "Si contigerit vasallum sine o-
mni prole decidere, agnatus, ad quem vniuer-
sa hereditas pertinet, repudiata hereditate, feu-
dum, si paternum fuerit, retinere poterit; nec
de debito hereditario aliquid feudi nomine soluere
cogitur; sed in fructibus, si quos reliquit, vt
de eis debitum soluatur, quo tempore decesse-
rit, secundum quod supra diximus, considera-
bitur. Vbi vero filium reliquit, ipse non potest
hereditatem sine beneficio repudiare, sed aut v-
trumque retineat, aut vtrumque repudiet; quo
repudiato ad agnatos, si paternum sit, pertine-
bit. Et licet alterum sine altero retinere non
possit; agnatis tamen consentientibus poterit do-
minus eum, si voluerit, quasi de novo beneficio
inuestire; quo facto licebit ei repudiata heredi-
tate feudum tenere, nullo onere ei hereditario
imminente."

(b) In diuersas hac de re sententias confer in
primis REINHARTH ad *Christinaeum* vol. I. obs.
52., et CRAMER obs. tom. I. obs. 280.



LIB.



LIB. II.

DE RELIQVIS PRINCIPVM
PRIVATIS IVRIBVS.

CAP. I.

DE IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS
CONIVGVM ET PARENTVM
ILLVSTRIVM.

§. 70.

Iura et obligationes *coniugum* illustrium, I) Iura
in iis, quae ad vinculum matrimonii per- coniuga-
tinent, inter catholicos a iure canonico et quoad
concilio Tridentino, inter euangelicos a so- vinculum
la sacra scriptura librisque euangelicorum matrimo-
symbolicis pendent; praeterquam quod
nonnulla singulari quadam obseruantia
omnium fere principum communi defini-
antur. Qua ratione diiudicanda sigillatim
sunt singulare nonnulla illustrium circa
sponsalia, proclamationem, benedictio-
nem sacerdotalem, et consummationem
matrimonii. In quaestionibus de gradibus
prohibitis, de nullitate matrimonii, de di-
uortio cet. suae quisque sequitur religionis
dogma.

dogmata; *catholici* quidem sub iurisdictione episcopali et pontifícia, *euangelici* tum ab ea, tum a iurisdictione caesarea in hac re exempti (a).

(a) Generatim hic comparari possunt 1) Nic. MYLERI gamologia sive *de matrimonio personarum imperii illustrium tam inter se, quam cum exteris*. Stuttg. 1664., 2) Henr. LINCK diss. *de illustrium imperii personarum deductione ad domum*, vulgo *fürstlicher Heimführung*, Altorf, 1681., 3) Joh. Joach. Müller vom Dispensations-*Rechte in verbotenen Ehen der Fürsten und Stände*, Jen. 1706., 4) Ioh. Fried. DVLSECKER *de matrimonii personarum illustrium in imperio R. G.*, Argent. 1716., 5) F. L. E. H. von B. Friedr. Lud. edlen Herrn von Berger reflexiones über ein Helmstädtisches responsum juris, darinnen 2. quaestiones, validitatem pacti domini illustris, libertatem circa matrimonia constringentis betreffend, erörtert werden, 1723., 6) Lust, Henn. BOEHMER diss. *de secundis nuptiis, praecipue personarum illustrium*, Hal. 1723., 7) Ioh. Pet. de LVEDIG diss. *de matrimonii principum per procuratores*, Hal. 1724., 8) Hier. Fried. SCHORCH diss. *de singularibus iuribus circa ineunda matrimonia principum et statuum imperii*, Erf. 1748., 9) Io. Ge. ESTOR diss. *de diuortio, praesertim personarum diuersae religionis illustrium in Germania*, Marb. 1747.

§. 71.

§. 71.

E pristinis Germanorum moribus con- B) quoad
seruarunt familiae illustres usum *morgen-* reliqua,
gabae, ceu *doni*, quod sub initium con- 1) mere
summati matrimonii maritus nouae con- Germani-
iugi dat (a). Hodie pactis ea *nuptialibus* ca, veluti
in antecessum definiri solet (b), eiusque a) mor-
proprietas cedit donatariae, ut tam inter genga-
viuos quam mortis causa disponere de ea bam;
possit; quo tamen non factio coniuge sine
liberis defuncta ad maritum eiusue succe-
sores recidit (c).

(a) Conf. 1) Io. Ge. LVPIN diss. de donatio-
ne matutina seu *morgengaba*, Alt. 1671., 2)
Nic. Hier. GVNDLING diss. de emtione vxorum,
dote et *morgengaba*, Hal. 1722., 3) Dan. NEHR-
MANN dissert. de dote, speciatim *morgengabwæ*,
Vpsal. 1742.; 4) Sam. REICHEL diss. de origi-
ne ac definitione *morgengabae*, Lips. 1757.; 5)
Ge. Aug. SPANGENBERG exercit. acad. antiqua
doni Germanorum matutini, quod vulgo *morgen-*
gabam appellant, qua originem, qua rem fistens,
Goetting. 1767.

(b) Addita ut plurimum clausula: wie *Morgen-*
gabs-Recht und Gewohnheit ist, et vel singulari
conuentione, quam vocant *Morgengabs*-Beschrei-
bung. Conf. quoque Boelers Münzbelust. tom.
10. p. 189. sq.

(c) Vide-

110 LIB. II. RELIQVA IVRA PRIVATA.

(c) Videſis, quae ex concen‐
trum nuptialium de a. 1544. 1583. 1591. 1628.
1646. 1689. deduxi in den außerleſenen Rechtsfäl‐
len part. 2. p. 478.

§. 72.

Similiter ex antiquo Germaniae more
VIDVALITIVM maritus coniugi in casum
futurae viduitatis constituit, *ut tamquam
vidua pro dignitate familiae vivere possit*;
qua mente ut plurimum *reditus annui* in
certa pecuniae summa, subinde et addita
penu et suppelleſtile, vna cum *habitatio‐
ne futurae viduae adſignantur*. Idque vi‐
dualitum sua natura *tantum ad tempus vi‐
duitatis durat*, adeoque cessat, quamprī‐
um vidua ad secunda vota transit, niſi
exprefſe contrarium conuentum fuerit (a).

(a) Comparari hic potest filia scriptorum de
vidualitio et dotalitio, quos enumerat Io. Henr.
Chr. de SELCHOW elem. iur. Germ. (edit. 3. 1767.)
§. 449. p. 532., e quibus in primis hic notari me‐
rentur: 1) Nic. HENELIVS de iure dotalitii, Frf.
1660.; 2) Lud. MENKEN de quantitate dotali‐
tii, praecipue Saxonica, Lips. 1706.; 3) Ioh.
Vlr. CRAMER progr. de aequitate quantitatis do‐
talitii viduarum illuftrium, Marb. 1733. (opusc.
tom. 2. p. 626. sq.); 4) Io. Ge. ESTOR de dota‐
litio propter secundas nuptias cessante, Ien. 1736.;
5) Henr.

CAP. I. IVRA CONIVGV M ET PARENTVM. III

- 5) Henr. Chr. SENKENBERG de dotalitio prioris matrimonii durantibus secundis uxorum votis ipse relinquendo, in eius meditation. (Gießl. 1740.) p. 42 - 114.; 6) Henr. NETTELBLATT de dotalitio, Rost. 1746.; 7) Io. Ge. ESTOR diss. de iuribus quibusdam viduarum mulierum equestriū ratione amittendi vitalitii, dotalitii, item de vera notione vocis Leibzucht, de donatione propter nuptias, portione statutaria et adquaestu connubiali, Marb. 1748.; 8) Io. Fried. EISENHART diss. de dotalitio viduarum summorum in Germania praeſulum protestantium, Helmst. 1748.; 9) Chr. Henr. BREVNING diss. de dotalitio ob secundas nuptias non cessante, Lips. 1754.; 10) Dav. Ge. Strube vom Ursprunge des deutschen Wittums und Leibgedings, in den Nebenstunden, part. 5. p. 270 - 291.; 11) Joh. Ulr. v. Cramer: ob ein Leibgeding, so simpliciter oder pure constituit, durch Berrückung des Wittwenstuhls verloren gehé? in den Wegl. Nebenst. part. 9. p. 1 - 14.; 12) Estors neue kleine Schriften, part. I. p. 313. sq.

§. 73.

Vicissim ex eodem mere patrio iure c) adparatus marito vxor olim nihil praeter adparatum instructumque suum inferebat (a). Quumque nihilo fecius mariti officium esset, vt tam durante matrimonio quam in futura viuitate coniugi pro dignitate alendaes proprie-

spiceret; idem adhucdum inter illustres iuris est, si vel nihil marito vxor attulerit.

(a) Conf. 1) Io. Ge. ESTOR diff. de *adparatu et instructu muliebri nuptarum praeter dotem pactis dotalibus promisso*, Marb. 1744.; 2) Chr. Henr. BREVNING diff. de *vaderphio veterum Germanorum*, Lipf. 1752.; 3) Henr. Gottl. PIERER diff. de *differentia dotis et instructus muliebris*, Lipf. 1761.

§. 74.

²⁾ exiure Romano lustres etiam feminae praeter adparatum et instructum muliebrem insigni dotos,
^{a)} accessit variae de *dote* Romano more *repetenda* quaestiones; sed nec impediri potuit *Romanorum Germanicorumque morum* satis singularis in hac re *commixtio*, quae tamen in *pactis* illustrium nuptialibus miro quodam *concentu composita* deprehenditur.

§. 75.

^{et donatio propter nuptias.} Ante omnia doti inferendae, vel inclusa summa adparatui et instructui dicata ex parte mariti aequari solet eiusdem quantitatis *donatio* quam vocant *propter nuptias* (a); ea ut plurimum mente, vt in casum finiti

niti matrimonii, quae marito superstite forte in dotem dantur iura, eadem vicissim viduae in donationem istam tribuantur; veluti ut viduo dotis, viduae donationis propter nuptias ususfructus ad dies vitae, etiam post secundas nuptias, relinquatur; aut plane in casum improlis matrimonii ut de dote in emolumenntum vidui, sic de donatione propter nuptias in emolumenntum viduae lucranda conueniatur. Quali pacto ceterum non adiecto repetitioni dotis e regulis iuris Romani omnino locus est.

(a) Conf. 1) Chr. Gottl. HOFMANN diss. de differentiis iuris Rom. et Germ. in donatione propter nuptias, Francof. 1727.; 2) Ioh. Gottl. HEINECCI diss. de uxore per donationem propter nuptias de alimentis secura tantum, Hal. 1740.

§. 76.

Deinde ut plurimum quincunces dotis atque donationis propter nuptias usurae superstite viduae tamquam augmentum individualitatis constituuntur; ita quidem, ut, tamen cessante licet post secunda vota vidualitio, dos adhuc repeti possit, et perceptio usurarum donationis propter nuptias ad dies vitae perduret.

Indeque
b) aug-
mentum
viduali-
tis,
tii,

H

§. 77.

§. 77.

cuius sub nomine dotalitii varia iura proportione viduae promittitur, speciali dotalitii nomine a reliquo vidualitio distin-

funt. *Quod si porro id, quod habita dotis proportione viduae promittitur, speciali dotalitii nomine a reliquo vidualitio distinguitur; dotalitium quidem illationem dotis supponit, secus ac vidualitium; atque illud non aeque ac posterius vna cum secundis votis exspirat.* Nonnusquam plane omne dotalitium in *duplicatis* dotis donatio- nisque propter nuptias, aut, si maius, *quaduplicatis* solius dotis usuris quincuncibus ipso iure constitutum, ipsamque *dotem* tunc *dotalitium absorbere*, adeoque aut illius repetitionem, aut huius optionem, non utramque simul esse viduae, statuitur. *Quae tamen omnia non tam inter illustres, quam inter nobiles, inque his e Saxonico potissimum iure obseruantur.*

§. 78.

c) Repeti-
tio dotis
et para-
pherna-
lium.

Denique repetitio dotis in casibus, qui- bus vi pactorum dotalium ei locus est, ex feudo et territorio auto, si vel maxime pa- cta dotalia a successore subscripta fuerint, non nisi in subsidium, excusso demum al- ludio fieri potest, nisi et illatam et in rem verasam esse dotem doceatur, veluti quo ca- su impliciter successor in feudo et territo- rio

rio obligatur. *In ceteris, tum quae ad repetendam dotem, tum quae ad paraphernalia pertinent, ius commune etiam inter illustres obseruatur. Communio bonorum hic exsul per se intelligitur* (a).

(a) Aemil. Ludou. HOMBERG ZV VACH diss.
de communione bonorum inter coniuges nobiles atque illustres exsule, Marb. 1767.

§. 79.

Nec in coniugem (a), nec in liberos principibus Germaniae potestas iudicaria seu territorialis est, quum immediatas personarum iis negari nequeat, nec ab exterris principibus independentibus hic argumentum valeat. Ceterum patriae potestatis iura quo magis extendit ius Romanum, eo conuenientius quadrat hodiernae illustrium conditioni (b). Vnde nec emancipationum defunt exempla illustria (c).

II) Potestas maritatis et paterna.

(a) Christian Schöne rechtliches Bedenken: ob eines regierenden Fürsten und Landesherrn Gemahlin ihres Gemahls Unterthaninu sey? Leipzig. 1733.

(b) Conf. 1) Io. Henr. BOECLER de patria potestate principum imperii, Arg. 1709., 2) Ge. Adolph. SCHUBERT progr. de patria principum imperii potestate, Lips. 1719., 3) Casp. Achat.

H 2

BECK

BECK de potestate et iurisdictione principum speciatim S. R. I. in liberos, Ien. 1729.

(c) Io. Ge. KVLPIS diss. de adoptionibus et emancipationibus principum, Arg. 1686.

CAP. II.

DE TUTELA ILLVSTRIVM *

* Argumentum hocce in genere tractant 1) Christ. Phil. RICHTER diss. de tutelis electorum, principum aliorumque S. R. I. statuum, Resp. Ioh. Leonh. a PÜHEL, Ien. 1669., 2) Paul Franc. ROMANVS de tutelis personarum illustrium, Lips. 1674., 3) Diet. Guil. MATTHIAE generalia tutelae ad principes et illustres personas accommodata, Erf. 1679., 4) Ioh. Volk. BECHMANN de priuatorum, principum ac nobilium tutelis, Ien. 1685., 5) Henr. COCCEII de tutelis illustrium, Francof. ad Viadr. 1693. 4. in eius diss. Vol. I. n. 84., 6) Ioh. Phil. RINGLER de tutelis illustrium, Erf. 1694., 7) Sam. STRYCK de tutela materna principum imperii, Hal. 1669., in eiusd. diss. Halens. tom. I. n. 12. 8) Io. Pet. de LVDEWIG differentia iuris Romani et Germanici in tutelis testamentaria et legitima, Hal. 1712. 4. - - - in maternis tutelis, Hal. 1712. - - - in fructuum attributione, in primis tutelae fructuariae, Hal. 1712. in eius opusc. misc. tom. 2., 9) Ioh. Fried. FLEISCHMANN de tutela dative personarum illustrium, Arg. 1713. 4.

§. 80.

§. 80.

TUTELA ILLVSTRIVM cum tutela pri-
uatorum hoc commune habet, vt, quemadmodum haec *supremae* cuiusque
magistratus tutelae (a), ita illa *supremae*
imperatoris tutelae subordinata sit, ideo-
que et quemlibet tutorem illustrem, *prae-
stato iureiurando*, seu in camera, seu in
consilio imperiali aulico *confirmari* oporteat.
Interea quum tutores illustres non tam ipsi,
quam per collegia ad administrandam rem-
publicam constituta tutelam administrare
soleant; ipsi quoque hodie *tutelam supe-
riorem* (Obervormundschafft) sibi vindicant,
eoque nomine tum officiales, tum omnia
expedienda pupilli minorisue regentis insi-
gniri solent.

(a) Conf. Io. Gottl. HEINECCI diff. de supre-
ma principum magistratumque tutela, Hal. 1730.

§. 81.

Etiamsi itaque non amplius hodie *tute-
lu fructuaria* aequa ac olim obtineat, sed
illustres etiam tutores *ad rationes redden-
das* obstricti habeantur (a); hae tamen est;
quotannis non tam imperatori, quam ipsi
tutori, et finita tutela minori, dum sui iuris
sit, redundunt; ad imperatorem non nisi

H 3

actio-

II) Sinon
fructua-
ria, certe
utilis ea

Sachsen-Anhalt

actione tutelae directa forte instituta deducuntur. Vniuersitate adhuc illustris tutela multis modis utilitatem praebet, ideoque *ius magis, quam onus in ea respicitur,*

(a) Conf. 1) LVDEWIG diss. de *tutela frudaria*, Hal. 1712., 2) Diet Herm. KEMMERICH diss. an *tutor illustris ad inventarium conficiendum et rationes reddendas obstrictus sit?* Ien. 1739.; 3) PVFENDORF tom. I. obs. 47. p. 119.

§. 82.

Hinc plerisque tantum non omnibus familiarum illustrium legibus sua cuiusque tutela sic *definita* est, ut, nulla intercedente vltimi defuncti dispositione, aut matri, denuo; aut agnato sive proximo, sive seniori, aut iunctum matri et agnato deferenda sit (a), eoque sensu fere omnis tutela illustrium patititia, raro pure legitima est. Sed et *testamentaria* et *pacto speciali* ab vltimo defuncto definienda tutela ordinarie libera relinquitur (b). *Datiuae* tutelae inter illustrres vix umquam locus est; nec iuri circa tutelam quaesito imperator detrimentum inferre potest.

(a) De materna illustrium tutela sigillatim commentati sunt STRYCK et LVDEWIG (vid. supr. pag.

p. 116. n. 7. 8.), et Ge. Henr. AYRER *de gynae-*
cocratio tutelari viduarum illustrium, Goett. 1746.

(b) Conf. Lud. Conr. SCHROEDER *diss. de*
principe imperii citra testamentum de tutela filii sui
disponente, Marb. 1749.

§. 83.

*Electoribus speciatim A. B. prospexit*²⁾ *De ele-*
tum de tutela legitima (a), *quea tamen tutela*^{etorum}
salua testamentaria merito intelligitur (b), *B. dispo-*
tum de termino minorenitatis XVIII. an-
suit.
norum completorum. Hic aliarum qua-
rundam familiarum illustrium legibus ali-
ter definitur; in ceteris in subsidium ex iu-
re communi aestimatur (c), *nisi venia ae-*
tatis ab imperatore impetretur (d).

(a) A. B. cap. 7, §. 4.: “Si principem electo-
 „rem seu eius primogenitum aut filium seniorem
 „laicum mori, et heredes masculos legitimos,
 „laicos, defectum aetatis patientes relinquere
 „contingeret; tunc *frater senior* eiusdem primo-
 „geniti, *tutor* eorum et administrator existat, do-
 „nec senior ex eis *legitimam aetatem* attigerit,
 „quam in principe electore *decem et octo annos*
 „completos censeri volumus, et statuimus per-
 „petuo haberi: quam dum exegerit, ius, vocem
 „et potestatem, et omnia ab ipsis dependentia tu-
 „tor ipse fibi totaliter cum officio teneatur proti-
 „nus assignare.”

H 4

(b) Conf.

Sammelband Lateinische Rechtsquellen

(b) Conf. 1) Dominic. ARVMAEVS *de tutela, cura administratione electoralni legitima, semper et sibi agnato seniori, atque proximiiori, nulla obstante dispositione testamentaria, ex lege imperii publica debita*, Ien. 1620. in eius *discurs. iur. publ. Vol. 3. p. 30.* 2) Ioh. Casp. VNRATH *de tutela electoralni testamentaria*, 1648. 4) in FRITSCHIE *exerc. iur. publ. p. 1. p. 1.*, 3) Ioh. Rup. Xav. CHRISTMANN *de invaliditate testamentariae tutelae electoralis S. R. G. Argent.* 1726., 4) Ioh. Ge ESTOR *diss. num elector secularis impuber sit in tutela electoris clerici agnati?* Marb. 1745.

(c) Conf. 1) Diet. Herm. KEMMERICH *diss. de maiore principum aetate, seu quando tutela principum finitur*, Lips. 1714., 2) Io. Petr. DE LVEDEWIG *de aetate puberum et maiorum regum, principum, clientum, subditorum*, Hal. 1725.

(d) Gottfr. Dan. HOFFMANN *de iure Imp. principibus Germaniae veniam aetatis concedendi*, Tübing. 4.

§. 84.

III) *Iura tutelae, sigillatim quoad feuda imp.* *Iura et obligationes tutoris et pupilli illustris ex iure communi obseruantur* (a). *Quod ad feuda imperii attinet, specialis nouior sanctio iubet tuctorem inuestitiram nomine pupilli petere, ab hoc deinde non amplius renouandam* (b).

(a) Conf.

(a) Conf. e. g. Ioh. Laur. FLEISCHER an princeps ex factis sui tutoris possit obligari? Hal. 1716.

(b) CAPITVL. (1711. ex mon. princ. 1663.) art. 11. §. 5. 6.: "Wenn auch ein Churf. F. oder sonst unmittelbarer Stand und Lehen-Mann des Reichs mit Tode abgehet, und minderjährige Lehen-Erben sive puberes sive impuberes, hinter sich verlässt; so soll der Vormünder, oder die Vormündere, nach angetretener wirklichen Administration der Tutel oder Curatel, ihre, der minderjährigen von dem Reich habende Regalien und Lehen innerhalb Jahr und Tag wirklich suchen, und bey der darauf folgenden Belehnung das gewöhnliche iuramentum fidelitatis ablegen und die Gebühr entrichten; an welche derer Vormünder Empfangung und eydliche Versprechung die minderjährige selbst, nach erlangter Pubertät, und respecktive Majorenität, dergestalt gebunden seyn sollen, als wann sie minderjährige berührte Regalien und Lehen, nach übernommener Regierung selbsten empfangen, und den Lehen-Eyd erstattet hätten. (§. 6.) Dagegen sollen und wols len wir sie, Minderjährige, nach erlangter Pubertät oder Majorenität zu anderwärtiger Empfängniß solcher Lehen und Regalien, wie auch Lehen-Eyd nicht, vielweniger einer doppelten oder weiteren Entrichtung des Lehen-Taxes anhalten, sondern sie bey obgedachter erster, denen Vormündern ertheilten Belehnung allerdingss lassen."

CAP. III.

DE TESTAMENTIS,
PACTIS, DELICTIS,
CAVSSISQVE IUDICIARIIS
ILLVSTRIVM.

§. 85.

I) Testa-
menta il-
lustrium. **T**ESTAMENTA illustrium, quod ad
*formam attinet, solennitatibus iuris
Romani adstricta sunt (§. 5. 6.), nisi
quod vi eiusdem iuris princeps in suo ipsius
iudicio valide testari possit (a).*

(a) Conf. 1) Huld. ab EYBEN *de testamento
principis vel comitis S. R. I.*, Gießl. 1662. 4. in
eiusd. scriptis part. 2. pag. 378. et in FRITSCH.
exerc. iur. publ. Vol. 2. pag. 362., 2) Ge. Ad.
STRVV. *de testamentis principum imperii*, Jen.
1688., 3) Paul. Godofr. GAMBS *de testamentis
principum ordinandis*, Argent. 1690., 4) Henr.
COCCIEVS *de testamentis principum*, Francof. ad
Viadr. 1699. 4. in eiusd. exercit. Vol. 2. n. 19.,
5) Sam. STRYCK *de principe testatore*, Hal. 1701.,
6) Ge. Wilh. LYTHER *de testamentis principum*,
Altorf. 1707., 7) Ioh. Henr. FELZ *delibata iuri-
ris publici controuersti: de testamentis principum
imperii*, Argent. 1709., 8) Eberh. Sigism. WIN-
COP *de eo, quod circa principis imperii dispositio-
nem testamentariam iustum est*, Erf. 1732., 9)
Ioh.

Ioh. Ge. MÜHLHAVSE *de testamentis principum,*
Marb. 1733. 4.

§. 86.

Etiam in PACTIS et CONTRACTIBVS II) Pacta
ius Romanum non minus inter illustres, et contra
quam inter reliquos Germaniae ciues va-
let (a), et vel ex eodem fonte deriuanda,
si qua sunt, *singularia principum*, veluti
vt donationes eorum etiam vltra quingen-
tos solidos insinuatione iudiciali haud indi-
geant (b).

(a) Conf. 1) Io. STRAVCH diss. *de contractibus*
principum, Ien. 1673., 2) Ge. Ad. STRV diss.
de contractibus principum, Ien. 1688., 3) Henr.
BODINI diss. *de contractibus summarum potesta-*
tum, Hal. 1696., 4) Henr. Andr. WALTHER
diss. *de contractibus summarum imperantium*, Gieß.
1728., 5) Tob. Iac. REINHARTH diss. *de prin-*
cipe contrahente, Erf. 1731.

(b) L. 34. C. *de donation.*

§. 87.

In DELICTIS denique etiam *constitu-* III) Deli-
*tioni Carolinae sua vis est (a), vti in PRO-
CESSV ordinationi camerale ceterisque le- cta, pro-
gibus imperii iudiciariis. In CONCVRSV cesius et
CREDITORVM tantum hoc singulare, vt concur-
massa sus.*

massa ex redditibus, non ex ipsis bonis consistat, adeoque et omnes creditores pro serie temporis sensim ad solutionem perueniant (b).

(a) Conf. 1) Io. KLEIN *de foro illustris filii delinquentis*, Rost. 1697., 2) Phil. Franc. BELMONT *de iure puniendi principem in proprio vel alterius territorio delinquentem*, Erf. 1717., 3) Io. Ge. CRAMER *de natura et indole delictorum et poenarum in causis statuum Imp. R. G.*, Fr. ad Viadr. 1728., 4) Gotth. Sam. TREÜER *de iure criminali publico S. R. I. cautissime diiudicando*, Goetting. 1740., 5) Chr. Fried. Ge. MEISTER *de iure, quod in delictis personarum illustrium obtinet*, Goetting. 1748.

(b) Conf. Ioh. Ge. ESTOR *diff. de insigni differentia inter processum conturbationis, vulgo consurus illustrium et priuatorum*, Marb. 1758.



KD78

K

B.I.G.

Black

3/Color

White


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



IOANNIS STEPHANI PÜTTERI
I. V. D. CONSILIARII REG. AVL. ET IVRIS
PUBLICI IN GEORGIA AVGUSTA
PROFESSORIS ORDINARII

PRIMAE LINEAE
IVRIS PRIVATI
PRINCIPVM
SPECIATIM GERMANIAE.



GOETTINGAE
SVMTIBVS VIDVAE VANDENHOECK
1768.